

LEONIDAS ad Thermopylas proficiscens, ingressus est The-
bas, ducens secum exercitum, ac precibus vix obtinuit, quod
memo unus alius, ut in Herculis delubro cubare sibi liceret:
ac visionem, quæ ei fuit oblata, exposuit postmodum Thebanis.
Videbantur ei in mari, quod atroci, & alpero aëtuabat fluctu,
clarissimæ Græciæ, & maximæ civitates huc illuc jactari, &
agitari, urbs autem Thebana inter omnes eminere, & extolli
ad cælum sublimis, inde repente ex oculis auferri. Atque hæc
quidem representarunt ea, quæ longò post tempore urbi The-
banæ evenire, quando excullo tyrannorum jugo, & Lacedæ-
monis ad Leuctra, & Mantineam victis, inclaruit. *Plut. de
Herod. malignitate.*

PELOPIDAS, præfectus sacre cohortis Thebanorum, in ca-
stris per quietem vidit Ecedasi filias (quarum sepulchra
in Leuctrico campo erant, ubi ille tunc castra habebat)
circum sepulchra lamentantes, & Lacedæmonis diras im-
precantes: ipsum autem Scedasilum patrem, qui multo ante
eum, cum tam atrocis facinoris vindictam non impetrasset,
exercitationibus in Lacedæmonis peractis, sese ad filia-
rum tumulum jugularat: sibi præcipere, ut si victoriam
de Lacedæmonis exportaret, in eam virginem filiarum suis
immolaret. A somno excitus, cum barbarum eifacrum esse
vidideret, humana victimam deos placare, & animi dubius ef-
set, equa nullum adhuc coitum experta, ut à grege aufergeret,
& eo loci, ubi consultabatur, consistit. Quam dum Theocritus
vates fulvo colore rutilantem, cervicique erecta lascivientem,
& hinc inde vidisset, Pelopidam alta voce compellavit, ad-
esse ei victimam, neque aliam virginem expectandam. Proin-
de equam ad sepulchra virginum redimitam coronis adducendæ,
Leuctricam Lacedæmonis, Bæotarcho, Epaminonda, &
Pelopida præfecto, immulerunt. *Plut. in Pelopida.* At in Ama-
toris equæ candidum pullum virginibus maclatum scribit.
Xenoph. 6. rer. Græc.

ALEXANDER MAGNUS, dum adhuc in Macedonia esset, in
somis Deum Judæorum victoriam sibi de Perlis pollicentem
vidit. *Joseph. 1. 11. c. 8. Antiq. Sab. 1. 4. En. 41.*

Idem dum Tyrum urbem per menses septem aggetibus,
machinis, atque ex mari tritremibus ducentis oppugnat,
per quietem Herculem vidit ex muro sibi manus tenden-
tem, invitantemque. Tyrionum multis visus in somnis
Apollo est dicere, ad Alexandrum se transire: neque enim
sibi cordi esse ea, quæ in urbe agerentur. Illi verò sicut trans-
fuga sceleris comperti Apollinis simulachrum devinxere cate-
nis, clavique basi afflixere, Alexandri fauorem appellantes.

C Alia species est noctu Alexandro obversata. Satyrus ei obla-
tus est, visus est hic procul ei alludere. Quem cum corripere
conaretur, subducere se, tandem post preces multas suas, &
circumcurrationes venire in manus suas. Ei vates disiecto no-
mine non absurde responderunt: *αὐτὸς ὄψῃς*. Tu erit Tyrus,
quod *αὐτὸς* Græcè Tu significet. Offendunt fontem, apud quem
videre secundum quietem visus est Satyrus. *Plutar. in Alex.
1. 9. Sab. lib. 9. c. 6.*

ANTIOCHUM SOTERAM, regem Asiæ, prælio cum Galatis con-
gressurum, legitimus in quiete arbitratum, Alexandrum sibi affi-
sere, monereque, ut prius quam in aciem milites produceret,
non aliud proponeret illis signum, quam *ὕψιστος*, id est, be-
nè valere. Quod cum is non neglexisset, nobile de hostibus
victoriam affertur. *Cælius 1. 7. c. 24. A. L.* Alii verò victo-
riam in somnis illi pro tessera bellica *τρίμυρα* sive triplicem
triangulum quinque lineis coagmentatum, tum quinque cha-
racteribus TIETIA proposuisse volunt.

D Cùm Eumenes Neoptolemum, & Craterum contra se
movisse sentiens, pararet de nocte movere: per quietem
Alexandros duos visus est videre prælium inter se com-
mittendum instructis aciem, ac singulas utrumque duce-
re phalanges: hinc uni Minervam, alteri Cererem auxi-
lio venire. Commisso acri certamine solum eum, à quo
stabat Minerva, victori Cererem defectis spicis coronam
contere. Hoc visum protinus concepit secundum esse sibi,
qui pro optimo agro, & id temporis præclaram habente in ca-
licem spicam dimicaret. Plenus enim totus sementis erat, &
speciem præbebat pax splendendam, magna comantibus uberta-
te campis. Jam magis erectus est, postquam accepit signum,
quod hostibus, Minervam & Alexandrum esse. Itaque si-
gnum ipse quoque visus Cererem, & Alexandrum dedit, præ-
cepitque omnibus, ut corona caput, & arma spica redime-
rent. Commisso prælio, Craterum, & Neoptolemum interfe-
cit. *Plut. in Eumene.*

TIMOLEON Corinthiorum Imp. classe in auxilium Siculo-
rum contra Dionysium tyrannum comparata, subministratiffi-
que omnibus quibus opus erat exercitui, sacerdotis Proserpi-
næ Cererem, & Proserpinam visum videre ad peregrè profi-
ciscendum se ornantes, & cum Timolonte dicentes navigatu-
ras se in Siciliam. Quare tritremem sacram Corinthii paraverunt
duabus nuncupatam. Naves habebat Corinthios septem, duas
Corcyrenses, decimam Leucadii præbuerunt: eum his solvit
Noctè, cum in alto esset, & secundo vento venheret, visum
ei repente cælum esse fissum, & super navem copiosam effudit-
se, & luculentam flammam. Inde fax clara mysticis germana,
comitantque eos, & tenens eundem cursum, quam possi-
mum Italiae partem gubernatores petebant, in eam est delata.
Vates hanc speciem consonare cum sacerdotum somnis asseve-
raverunt, & huic expeditioni esse præsto deas, atque hoc jubere
cælestis prælocere. Esse enim Proserpinæ Siciliam sacram: nam
raptam quoque ibi fabulantur, atque hanc Insulam ei nuptiali
dono datam. Ac divinitus quidem ad hunc modum confirma-
ta classis fuit, qui pelagus cursum emens Italiam legebat. *Plut.
in Timol.*

Duo Coss. P. Decius, & T. Manlius Torquatus, Latino
bello, & gravi, & periculoso, non procul à Venuvii montis ra-
dicibus positus castris, & eadem nocte idem planè somnium vi-
derunt. Utrique enim quidam per quietis speciem prædixit, ex
altera acie Imp. ex altera exercitum, diis manibus, matricque
Terra debere. Utriusque autem dux copias hostium aggrederetur,
superque eas sese ipsum devovisset, victoriam habiturum. Id
luce proxima Coss. sacrificio, vel expiaturis, si posset averti:
vel si certum deorum etiam monitu visum foret, executuris
hostiarum extra omnino congruerunt. Convenitque inter eos,
cujus cornu prius laborare cepisset, ut capite suo fata patri-
æ lueret: quæ neutro formidantes, Decium depoposcerunt.
Val. 1. 1. c. 7. Livius 1. 8.

C. MARIUS Cimbrico bello commiserat, se victoriam con-
secuturum, si prius diis filiam Calpurniam maclaret. Quo
facto, victor juxta somnium evasit. *Dorothei. lib. 4. rer. Ital. 1. 9.
Plut. c. 41. Parall.*

Dea, quam ex disciplina Cappadocum Romani colunt, si-
ve ea Luna, sive Minerva, sive Bellona sit, L. Corn. Sylla in
somis, cum à Nola Romanam contra Marium moveret, visa
est assistere, & fulmen ei tradere, justissime singulis nomina-
tis inimicis ejus ferire: illi isti concidere, atque à medio dilabi.
Plut. in Sylla.

Ad Sygnium Marius Junior quinque, & octoginta cohorti-
bus succentibus accessit L. Syllam: qui perquam paratus erat. G
illo die dimicavit. Visum enim ei secundum quietem oblatum
hujuscemodi fuerat. Visus est ei senex Marius, qui jam pri-
dem erat defunctus, Marium filium, ut insequentem diem
caveret, tanquam ingens ei infortunium allaturum, monere.
Erat itaque ea de causa ad pugnandum Sylla alacris: & Dol-
bellam, qui procul ab eo confederat, accessit. Cæterum
hostibus iter interpellantibus, & obmolentibus, Syllani præ-
liantes, & iter facientes lassitudine sunt consecuti, simulque ex-
cipiens labore, largus imber vehementius fatigavit eos. Ita Syl-
lam ordinum ductores adierunt orantes, ut prælium proferret,
monstraveruntque ei fractos fatigatione milites, & inclinat-
is scutis humi incumbentes. Ubi annuit invitus, & signum me-
tandis castris dedit. insistentibus militibus vallum jæcere, &
sossam pro castris ducere: incurrit ferociter Marius ante signa
provectus, quasi incompositus, & tumulantes dissipaturus.
Hic Syllæ vocem, quam in somnis audiverat, explivit Deus, qui-
pe inflammata ita milites ejus, omisso opere pila defixerunt in
margine fossæ, stricthique gladiis, & sub lato clamore ma-
nus, cum hostibus conculserunt. Ingens strages edita fugien-
tium. Marius Prænestis fuga delatus, cum portas jam clausas
offendisset, demisso ex muro funiculo alligavit se, atque ita est
eo receptus. *Plut. in Sylla.*

GILDO Comes, & magister militiæ in Africa exercitu cor-
rupto repente Africam occupavit Arcadii nomine, fusu Euro-
pii Eumuchi, extitit odio Silliconem Honorii Imp. occidenta-
lis focerum persequenti. Mazefcel interea nefarius à Gildone
fiscare invidiosus appetitus, ex Africa fugit, atque ad Honorium pro-
fectus, quo statu res illius provincie essent, edocuit, bellique
facilitate propofita, operam fenum ad Gildonem expugnand-
um, si sibi idoneus daretur exercitus, esse pollicitus. Res in eum
locum adducta erat, ut differri vindicta non posset, nam Gildo
ex Africa ita navigationem omnem impediabat, ut Romam
in magnam rei frumentariæ difficultatem adduceret. Ita-
que Honorio, ac Sillicone auctoribus, senatus, vetusto more
relato,

relato, bellum adversus Gildonem, duce Mazefcele, decre-
vit. Gildo rabie adversus Mazefcelum efferratus, liberos ejus
A qui in Africa remanserant, jugulavit, ac scelus scelere cumula-
vit. Mazefcel interea cum exercitu ad Capariam insulam dela-
tus, sanctos quosdam viros assumpsit, quorum seapud Deum
precibus victoriam impetraturum putavit: atque in Africam
egressus, contra Gildonem cent quinquaginta militibus con-
stitit, septuaginta millia in armis habebat Gildo. Inde cum castra
movere, & intercedentem superare vallem moliretur, per no-
ctem à S. Ambrosio, qui paulò ante finem vivendi fecerat, ad-
moneri in quiete sibi visus est, cum manu sublata, & impacto
ter hami bacillo, diceret: Hic, quod ille interpretatus est, tertio
post die sibi victoria positurum. Atque ita post triduum, illa-
tis in hostem signis, statim sine certamine milites Romanos
omnes ad deditonem adduxit, barbaris fugientibus, Gildo &
ipse se fugam mandavit, verum, cum recepta navim in altum prove-
ctus, vi ventorum Tabracam esset rejectus, post aliquot dies ab
hostibus captus, est strangulatus, vive, ut inquit Zosimus, ne in
manus hostium perveniret, ipse sibi mortem concivit. *Sigon.
1. 10. Isp. occid.*

B Evagrius lib. 4. cap. 16. ex Procopio, refert, Justinianum
Imp. per visionem in somnis admonitum, justumque ne irru-
ptionem propofitam differret, eo quod res Wandalarum
oppressus esset, si Christianos vindicaret. Misto igitur
Belisario, Africam subegit, & Wandalarum regnum fundi-
tus everit.

VINOFREDUS Anglus, à Romanis Bonifacius dictus, refor-
mator Ecclesiarum Bavaricarum, & Moguntinus Episcopus, ut
cum vicinis Thuringis videret adeò barbaros, ut non admitte-
rent ullum doctorem Evangelii, exercitu collecto, irruptionem
fecit in terram eorum. Illi metu percussis, loca recipiunt in locum
munitum Tretenburgum. Bonifacius principibus viris evoca-
tis, concionatur de Christo, salvatore mundi. Thuringi qua-
rent, quidnam utilitatis ad sese rediturum sit, si sua colla Chri-
sto subiciant? Bonifacius inquit: Si in eum credideritis, libera-
mini ab omni malo corporis, & animæ, & ab inferni, & diaboli
potestate, & accipietis vitam æternam. Illi respondent: Nos
regi Hungaria cogitur quotannis decimas, non modo de boni-
s, sed etiam de liberis nostris pendere. Quod si posses nobis
per tuum Deum prestare immunitatem, sanè in eum credere-
mus. Bonifacius cum suis sociis consilium inquit: ac cum diu agi-
tatum esset, non posse eis promitti libertatem, neque posse om-
nes illos cogi, rejecti responsum in aliud tempus: ac iterum
Pontifici, ac Cæsari scribit, aut non ipsi ab Hungaris vellent li-
berare Thuringos? Nocturnum autem in somnis Bonifacium vox
perterrefacti, inquit: Modice audire, quo modo Thuringi in
me credant, cum tu ipse de me addubites? annon legisti, quod
scriptum est: Et occidit reges? Quare impero tibi, ut Thuringi
de me nomine liberos, & immunes pronuncies decimis: ac
certò eis fidem facias, regem Hungariæ nunquam ab eis ampli-
tudo decimas exacturum. Cum rex Hungariæ compersisset,
Bonifacium subditos suos ab obedientia absolvisse, copias suas
in Thuringiam misit. Collatis autem signis, orante Bonifacio,
Hungari vincuntur: Thuringi Christi fidem amplectuntur.
Chron. Hsenacense.

ATHELSTANUS, Ethelulphi Westsaxonum regis filius,
Cantianorum, Ostfaxonum, Merchorum, ac Northumbro-
rum, quos Egbertus avus in potestatem acceperat, sumpto im-
perio, cupidus profertendi regni, coactis copiis in Deetam, Pi-
dorum regionem, movit. Hungus, Pidorum rex, & Achajum
D Scotorum regem, Fergusonis fororis maritum, in auxilium
vocavit. In loca autem iniqua ducto, & incluso exercitu, Hun-
gus rex divum Andream, in cuius Pictica, Scoticaque gens erat
tutela, imploravit. Ei in somnis a sancto Apostolo, justit
esse animo, nec hostium multitudinem terretur, fore ut glo-
riosam de Anglis postera die assequeretur victoriam: lucidam
que in celo erucem illius instar, qua ipse pro Christi nomine
supplicio olim erat affectus, ostendisse, addidisseque, id osten-
tum ante partam victoriam haud cæso defuturum. Experrectus
rex milites jam tum lucentem erucem in tempesta nocte admi-
rantes, somnium edocet. Manè conferto prælio, ex numerosis.
Anglorum exercitu vii quingenti evaserunt, Athellano rege
primo congressu lancea confosso. Nomen pugnae locus hac
nostra ætate retinet, Ab Anglorum cæto rege Athelstain vo-
catus, *H. Dorothei. lib. 10.*

EDGARUS Scotorum rex adversus Donaldum regem pugna-
tur per somnium monitus est, ut Cuthberti vexillum secum
ferret. Ergo ubi peractis facis vexillum D. Cuthberti sustulit
& cœnobio, Donaldum sui deserere, atque ita absque seditione,
& sanguine illum cepit. *Card. 1. 15. c. 81. de Variet. rerum.*

MAGNUS, Danorum, & Norvergiorum rex, contra Scelavos
in Jutia pugnaturus erat. Noctè ergo, quam belli dies infecit
est, somnium capienti imago cujusdam obversata prædixit,
hoste eum superiorem futurum, inque æquas necesse victoriæ
fidem, auspicioque sumpturum. Progresso exercitu, æqualem,
quæ in quiete demonstrata fuerat, cominus confidere con-
spicendam pernici equo advolans hasta perivit, fugaque alitis ve-
loci jaculo anteverit: & mox facto prælio Scelavos magna strage
vicit. *Saxo lib. 10.*

Cùm Arnoldus, Bojoriarum dux, Henrico I. Imper. rebella-
ret, S. Huldrico Augustano Episcopo per somnium duo gla-
dii oblatis sunt, quorum alter capulo caruit: quo significa-
batur, Arnoldi conatus irritos, & infelices fore. *Schedelus,
1. 1. Bruchius.*

RANIMIRUS I. A stirum rex bello contra Saracenos suscepto
Clavigium se receperat. Nocturno apparuit ei B. Jacobus com-
fortans eum, ut certus de victoria sequenti die prælium con-
tereret. Conferto prælio, Saraceni terga dederunt, & eorum serò
septuaginta millia ceciderunt. In acie D. Jacobus in equo albo
vexillum manu gestans apparuit. Ab eo tempore hæc invocatio
inolevit. Deus adjuva, & S. Jacobe. Tunc etiam vota, & do-
maria B. Jacobo perfolverunt, quæ in aliquibus locis devotione
voluntaria adhuc solvunt. *Roder. Tolet. 1. 4. rer. Hisp. cap. 13.*

AUXILII DIVINI, VEL HUMANI
CONTRA HOSTES
Revelatio.

Hic Revelationem consideramus divini auxilii. At sub
Tit. Bella divino concessa auxilio, & victoriam divinatio,
ipsum Effectum auxilii, victoriam significet.

JOSUS Israelitarum dux, transmissio Jordane, cum esset apud
Hierichuntem, eam oppugnaturus, vidit virum stricto ense
ex adverso stantem, & illi ait, Noster ne es, an hostium? Cui
ille: Immo ego dux exercitus Domini nunc venio. Tum Josus
pronus ei honorem exhibuit, ejusque iussu calceos de pedibus
detrahit, quod facer esset locus ille. Ostendit autem illi ratio-
nem expugnanda Hierichuntis talem. Sex diebus femel quoque
vis die, sacerdotibus cum area fœderis urbem circumiret, præ-
cedentibus septem sacerdotibus clangentibus cum septem
buccinis, sequentibus armatis militibus, & inde promissa G
multitudine. At septimo die septies eundem in modum clan-
gendo circumiret, & septimo circuito universus populus ingenti
clamore ovaret: futurum enim, ut moenia urbis conciderent.
Id quod factum est. *Josue c. 5. 1. 6.*

DOMINI Angelus, afflictis Israelitis, & oppressis tyrannide
Madianitarum sub quercu Joæ Abjezeriani apud Ephrat, Ge-
deoni Joæ F. triticum in torculari ad effugiendos Madianitas
tritricum apparuit, eumque cohortatus est, ut Israelitis con-
tra Madianitas defenderet. Gedeon hæc dicitur parat, & ephi-
farine non fermentata: postquam in canistro carne, & in olla
jura, sub quercu carnem, & panes infermentatos cum jure ef-
fudit, eique obtulit. At Angelus virga sua carnem, & panes
tegit, ignisque de rupe exortus, omnia absumpsit. Eo signo
Domini genium esse cognovit: Diruta inde Baalra, cum Ma-
dianenses omnes, Aferianos, Zabulonios, & Nephthalenses
contra Madianitas, & Amalchitas tuba sua convocasset, Deum
sic est allocutus: Sitibi per me Israelitas servare videat, ut
promissisti, en ego vellus in arca ponam: quod si in solo vel-
lere ros erit, & tota terra sicca, tum ego intelligam te per me H
servaturum Israelitas, sicuti pollicitus es. Atque ita evenit,
postridique ubi furaxit, presso vellere, ros inde plenum
aque lanceam expressit. Deinde se Deum alloquitur: Noli
succensere, si semel adhuc loquor. Experiat iteratò in velle-
re. Sic igitur in solo vellere ficcitas, & in toto solo ros. At-
que ita fecit ea nocte Deus, solumque sicco vellere, terra tuta ma-
debat rore. *Jud. 6.*

Cùm Syria rex exercitum misisset Dothanem, ad capiendum
Elisæum prophetam, neque spes ulla fugæ superesset, puer Eli-
sæi meurete cepit. At Elisæus, Bono esto animo: plures enim
à nobis stant, & pucro montem ostendit (oculis ejus à Domino
patefactis) curribus igneis plenum. Per medios igitur hostes
incolumes evasere Samaritanam 4. Reg. 6.

CONSTANTINUS Magnus Imp. cum Deum patris sui Con-
stantii invocaret ardentibus precibus, ut sibi quindam esset,
sefe ostenderet, urgente etiam gravi bello, quod contra Maxen-
tium tyrannum susceperat: die jam declinante, in celo supra
solem trophæum crucis è luce constructum, ac scripturam ad-
ditam vidit, In hoc vinces. Cùm verò ipse id, quod viderat,
animo

animo volveret, noctu dormienti illi Christus, una cum signo, quod in caelo viderat, apparuit praecipiens, ut signum sibi iuxta formam eius, quod in caelo apparuit, compararet, illoque contra hostium conflictus auxilium loco uteretur. Ordo die, convocatis artificibus, imaginem signi auro, ac lapidibus preciosis exprimi iussit. Signum hoc erat tale. Erat hasta infublime erecta, & auro circumdata: cornu habebat transversum ad formam crucis factum, superne in summo apice corona: ex lapidibus pretiosis, & auro contexta; sub quo salutaris appellations symbolum erat. Duo versus nomen Christi primis characteribus significabant, R, litera in medio vacante, quos in galea posterioribus etiam temporibus Imperator ferre solebat. In transverso autem cornu, quod in hasta transfixum erat, velum suspensum erat, purpurcum, varietate, & splendore pretiosorum lapidum fulgurans. Hasta vero sursum erecta, ad initium inferius admodum protacta superne vero in sublimi elata, sub crucis trophaeo ad extremitates usque circumdantis illud veli, Imperatoris imaginem ad pectus usque auream, una cum liberorum imaginibus ferebat. *Euseb. lib. 2. de vita Constantini. At Sacras lib. 1. cap. 2. dicit Constantinum vidisse columnam lucidam specie crucis, cui erant inscriptae literae, in hoc vincte: eumque interrogasse eos, quos fecum habebat. An ipsi quoque vidissent? ac illos affirmasse, se quoque vidisse. Sozomenus vero lib. 1. cap. 3. Paulus Diaconus lib. 11. affirmant eum vidisse per soporem, ad orientem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare, & cum esset ea visione exterritus, adfuisse angelos dicentes, in vespertina Constantine, in hoc vincte. Constat certe, trophaeo crucis Licinium esse victum. Imp. enim satellitibus fidelissimis numero L. in iunxerat, ut lanceis suis signum circumdarent, ita ut quisque per vices humeris suis portaret: & si quam exercitus partem laborare contingeret, trophaeum crucis eo statim deferri. Hae Imperatori ipse longo post tempore exposuit. In medio belli conflictu cum is, qui signum gestabat in humeris, metu confirmatus illud alteri tradidisset, fugiens, telo per in testina trajectus perit: alter vero innumeris licet telis petitus, quae omnia trophaei hasta excepit, incolumis servatus est: neque etiam post ullo unquam sunt jaculo tacti, qui huiusmodi ministerium obivere. *Baron. Tom. 3. Annal.**

Idem dum ad Hadrianopolim contra Licinium pugnaret, duos vidit equites cadentes legiones hostium. Sed & in agro Byzantino vidit lumen coruscans supra castra ceteris noctu dormientibus, cum Maxentium opprimeret. Tradit etiam Zonaras, visum esse tum equitem armatum, crucis simulachrum pro signo gestantem, qui exercitum praebat. *Item.*

Anno primo Constantii, Christi vero 341. Sapores rex Persarum, cum obideret Nisibin, vidit stantem in muro quandam ornatum Imperatorio, splendoremque conspexit purpureum, ac diadematis: ac suspicatus adesse Romanorum Imperatorem, cunctis interminabatur supplicium, qui nuntiabant eum abesse. Illi vero affirmantibus, se verum nunciasse, & Constantium Antiochie esse, visionis significationem intelligens: Deus, inquit, pugnat pro Romanis. *Theod. lib. 2. cap. 30. & Zonaras.*

Circa annum Sal. 427. Vararanes, Isidigerdis filius, rex Persarum per Natseum ducentem exercitum ingentem contra Romanos duxerat. Angeli Dei circa Bithyniam iis, qui Constantiopolim negotiationis suae gratia proficiscebantur, apparentes, nunciare iusserunt, precarentur, Deoque fiderent: esse se belli eius dispensatore a Deo missos, Romani Persas Nisibi D conculcos obfederunt, ducibus aliquot captis: Saracenos, quos in belli societatem Vararanes assumperat, devicerunt, ita ut panico terrore agitati, seipos in Euphratem praecipitarent. *Socr. lib. 7. cap. 18. Theodor. lib. 5. cap. 36.* Constantiopolim a Vararane oppugnatam innumerabilibus admotis machinis tradidit: sed solius Pontificis Eunomii precibus servatam. Cumque ex barbaricis regibus unus divinum se incensurum templum minitaretur: Eunomium fundam in membra constituit, applicatoque ingenti saxo, in nomine eius, qui blasphemaretur, emitti iussit. Quod directe illatum in impium regem, abominandum illius os, & totum caput comminuit.

THEODOSIO, cum in Alpibus esset constitutus, cum Eugenio signa collaturus, in somnis apparuisse scribit Paulus Diacon. lib. 13. & Nicephorus lib. 12. cap. 39. duos viros vestibus candidis ornatos, & equis albis insidentes: & iussisse, ut die illucsciente pugnam miret: sese enim ad id destinatos victoriam ad eas partes inclinarent, & hostes cederent: quidem nomina sua indicasse, quod alter esset Joannes Evangelista, alter vero Philippus Apostolus. Idem etiam quandam militem eadem nocte somniasse, refert Theod. 15. c. 24.

Recepta a Latinis principibus Antiochia: Andreas Apostolus sacerdoti Petro Pontio, simplici viro apparuit: lanceamque, qua Saluatoris Christi trajectum fuit latus, quae terra obruta erat in templo D. Petro dedicata, revelavit. Cujus inventione civitas, quae a Turcis obfessa fame premebatur, bona spe repleta, in praelium egressa, Corbanam superavit, qui Belsech Turce Perfarum regis auspicio urbem obidebat. Niceno Episcopo praelium inter armorum turmas tam gerente, *Ambrosius.*

Cum diti aeneipiti Marte inter Romanos (qui Joanni Zimisce Constantinopolos Imperatori auxilio venerant) & Rosfos pugnaretur, divinitus Romani adjuvi ferunt. Procella enim barbarorum facies ferit: praetera ad multos eximius visus esse equos, qui Romanos tueretur, hostiumque phalanges turbaret. Theodorum autem fuisse, ex eo constat. Muliercula enim quadam Byzantia, religiosa, pridie illis pugnae in somnis dixit: Deciparam procedere cum magno comitatu vidit, quae dixerit: Domine Theodote, meus, & tuus Joannes gravia certamina sustinet, prope igitur opem illi fer. Id somnium illa quibusdam aperit: qui de notato, compererunt, id pridie postrema pugnae contigisse, ut *Zonaras Tom. 3. Annal.* indicat.

LADISLAVI Hungarorum regis Geyse fratrem memorant, eum Pisonium, quo se Salomon, regno exutus, desperatis rebus receperat, obfideret, mutatis armis, meride solium menibus appropinquasse, veluti aliquid exploraturum. Contra praestantibus cunctis, tanquam ad singulare certamen profectus Salomonem, Ladislai militem esse putantem: cum ad eum venisset divino quodam ostento deterritus, evestigio pedem tetulisse. Interrogantibus deinde militibus. Cur hostem praeter institutum, & audaciam suam fugisset? respondisse, vidisse se duos angelos Ladislai humero insidentes, qui insensibus hominem defendere. *Bonfin. lib. 4. Dec. 2.*

ARIULPHUS, dux Spolitanus, cum ante mortem adversus Romanos apud Camertes bellum gereret, victoriam adeptus, mox suos milites percontat: Quisnam illi fuerit, quise tam strenue in praelio gestasset? Respondentibus illis, Fuisse ipsummet. Praepollentorem alium (inquit) ipse vidi: qui semper me proprio lypeo protexit. Deinde Spoleto appropinquans, conspexit D. Sabini basilicam, ubi corpus eius reconditum est, interrogavit, Cuiusnam illa foret aedes? Cum responderent, Sabini esse templum, quem invocantibus militibus praestitit semper adesse ajunt: equo repente desiluit. Aedem ingressus, visa Sabini imagine, hunc ipsum esse virum, qui inter confertos hostes pugnantem se protegeret, adjecto juramento affirmavit. Ex quo mox credidit esse, D. Sabinum pientissimum militum patronum, Ariulpho ad huc Christianae religionis experti, deesse noluisse. *Idem lib. 8. Dec. 1.*

Cum Graeci ad Salaminam Xerxis classem opprimerent, Diceas Theocydis F. Atheniensis, exul, & apud Medos factus illustris, forte erat una cum Demarato Lacedaemone exule itidem apud campum Thriacium, viditque pulverem triginta ferme millium virorum capacem ab Eleusine: & cum demirarentur, quorumnam hominum esset ille pulsus? statim audivit vocem Jacchi mystici. Demaratus, ut qui esset sacrorum in Eleusine ignarus, interrogavit. Quidnam esset, quod ita sonaret? respondit ille: Demarate, non protul aberit grandis aliqua clades a regis copiis. Nam cum Actia sit desolata, numen ab Eleusine resonans, auxilium venit Atheniensibus, ac sociis, quod si in Peloponnesum incubat, periculum regerit, epusque copias, quae sunt in continente: sinad classem, quae ad Salaminam est, converteret, periculum adibit, rex, ne nauticum amitteret exercitum. Hae solemnitas Atheniensis quotannis celebrant Cereri, atque Proserpinae: & his sacris, quicumque vult, & Atheniensium, & aliorum Graecorum, initiator: & vox quam audis, est in hoc festo baechantium. Hoc dicto, ex illo pulvere, & voce facta est nubes, & in sublimi elata, Salaminam versus ad Graecorum exercitum fuit delata, *Herod. lib. 8.*

PHILIPPIDIS Atheniensis Lacedaemone legatus missus de Perfarum in Graeciam irruptione, domum rediens, cunctationemque Lacedaemoniorum incusans (qui exercitum educere ante plenilunium volebant) in Parthenio saltu Pana obvium habuit, qui se Atheniensium in pugna ad Marathonem praeflo futurum pollicitus fuit. Ex eo nuncio Deo Athenis honoris haberi coepta. *Pauf. lib. 1.*

Oracula. Praedictiones.

THESEO in Cretam profecturo ad Minotaurum, fama est, Apollinem Delphicum ditionem dedisse, ut ducentem Venere caperet,

caperet, vocaretque itineris socium: atque operanti sacris in litore capram subito hircum evasisse, inde deam hanc Epitragiam nuncupatam. Postquam Cretam attulisset: accepto ab amante Ariadna filo, doctus quemadmodum evolere se Labyrinthi ambagibus valeret, Minotaurum occidit, solvitque inde Ariadnam, & impuberes secum alportavit. *Plur. in Herod.*

Cum Xerxes Phocaeam cum innumerabili exercitu invassisset, Delphi attoniti, Deum de sacra pecunia consularunt. Numquid cum humi defoderent, an alium in locum transportarent? Deus venit utrumque: se enim fuisse factum esse ad res suas tutandas. *Herod. lib. 8.*

Bocotii incurfantibus Thracibus, cum in Trophonii antrum fugissent, iisque per somnium dixisset, Bacchum illis adiutorem fore: ebrios aggressi Thracibus, Bacchi redemptoris aedem condiderunt, ut crebri Heracleus Ponticus, Aristophanes vero tradit, hoc factum, quod Thebani vitem a Naxiis tederunt. *Suidas in dict. lexico. v. Bacchus.*

PSAMMETICUS Rex Aegyptiorum pulsus a suis in paludes, oraculum Latoniae, quod est in Buti, ut Aegyptiorum, consuluit, & responsum accepit: Assuturum ei subsidium est mari viris aetis exunitibus. Non longo tempore interjecto, cum Jones, & Cares quidam praedandi causa in Aegyptum descendissent: speculatur, qui nunquam viros aliquos aere armatos viderat, Psammetichum nunciat, egressos se mari aetis viros agros populari, Rex oraculum agnosces, sedus cum praedonibus scicit, & regnum recuperavit. *Polyen. l. 7. & Herod.*

Cum Dorienens Eleam repeterent, contra Aegae posteros quorum tunc rex erat Eleus, oraculum acceperunt, ut remigrationis Ducem Trioculum facerent. Fortè obvius illis fuit Oxyllus, Amone Thoaentis filio genitus, exul ex Aetolia, quod ludens dicit impudentem hominem occiderat. Is cum mulum altero captum oculo ageret, Cresphontes acutè coniecit, oraculum ad Oxyllum pertinere. Itaque dux electus, in Peloponnesum navibus traiecit, non pedestrè exercitum per Isthmum irruptionem tentandam censuit. Paruere Dorienenses, & Eleam obtinuerunt. *Pauf. l. 4.*

Secundo bello Messenico, Aristomene fortissimè rem Messeniorum administrante, responsum fuit Lacedaemoniis, Delphicum Apollinem de belli exitu consulentibus, ut Atheniensium hominem rerum gerendam auctorem accerferent. Quare cum per legatos de oraculo docuissent Atheniensis, ac simul Atheniensium sibi hominem, ejus uteretur consilio, deponerent, ea res animi dubios tenuit Atheniensis. Nam & periculosum nimis fore Reip. suae iudicabant, si Lacedaemonii parte Peloponnesi optima, Messene scilicet, potirentur: & rursus divisio vocibus non parere nesciant. Consilium ut in re dubia anceps capiant. Erat Athenis Tyrtaeus quidam ludi magister, qui neque satis mentem valere credebat, & altero claudicabat pede: hunc ad Spartanos misere. Ibi ille modo civitatis principes, modo plebem, proinde ut locus, aut tempus tulisset, elegos, & anapestos decantans, quid factu opus esset, edocebat. In pugna ad Apri sepulchrum (qui vicus est Stenicerii agri) commissis ad extremos ordinem circumiens, suis cohortationibus ad pugnam accendebat. Jam cum gravi clade a Messeniis affecti ad pacem spectarent, eos Tyrtaeus de sententia veribus deduxit, & milites, qui in cohortibus desiderabantur, de lotarum servorum dilectu supplavit. *Pauf. in Messeniis.*

Cum Lacedaemoniorum res seditionibus tumultuarentur: D consulatum oraculum iussit, ut Lesbium cantorem accerferent. Acceritus itaque Terpanter Lesbii, nimirum Antistaeus, & ad Lacedaemonios missus. Is canendo sic illorum animos delinivit, ut seditionem omnem sedaret, redactis ad concordiam civibus. Quae ex re factum est, ut Lacedaemonii Lesbii cantoris primas in arte musica partes tribuerent, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent, *μὴν λέβητον ὀδῶν*, id est, post Lesbium musicum. Zenodotus pro verbum hoc citat ex Cratini abanti cui titulus. *Chron. Evajm.*

Quidam ajunt, Milesios olim belli gloria praeter ceteros floruisse, adeo ut quoscumque bello lacerassent, eos superarent. Proinde Polycretes Samiorum tyrannus, bellum quoddam gesturus, cum in animo haberet Milesios socios ad eam rem accerferre, oraculum super eo negotio consuluit. Deus respondit: *μῆδον πῶρ ἴσθαι ἀρχαίαν μινάσσει*, Quomdam fuere strenui Milesii. Alii hoc Caribus tribuunt contra Darium bellegantibus. *Evajm. in Adag.*

Thebani ab Atheniensibus superati, & ulciscendi illos cupidi, Delphos miserunt. Pythia jubebat, ut ad famae celebritatem referentes, rogarent sibi proximos in auxilium. Thebani

nihil faciebant: quandoquidem Tanagrai, Cotonaei, & Thespientes, illorum allicue commilitones essent. At quidam E re audita, inquit: Alope duae filiae fuisse traduntur, Thebe, & Aegina, quae quoniam sorores sunt, opinor, Deum respondere nobis, ut Aeginetas rogemus, qui vicem nostram ulciscantur. Thebani protinus misere ad Aeginetas orandos auxilia. Illi dixerunt, se mittere cum eis Aegidas Societate Aegidarum freti. Thebani, cum laceffissent Atheniensis, & viderent, iterum auxilia virorum, remissis Aegidis operum inflati, tum pristinae inimicitiae, quam gesserant cum Atheniensibus, memores, bellum illis haud inditum intulerunt. Nam cum Atheniensis Bocotias incumberent, ipsi longis mivibus in Atticam traicientes, cum alios multos populos in reliqua ora maritima, tum Phalerum diriperunt, magnam ex hac re calamitatem Atheniensibus afferentes. *Herod. l. 5.*

Lacedaemonii, cum a Tegeatibus bello superarentur, oraculum consuluerunt, Quomnam deorum placarent, ut Tegeates vincerent? Respondit Pythia, Orestis filii Agamemnonis offa Spartam referenda esse. Illis ambigentibus, & incertis de loco, in quo recondita essent, oraculum datum de duobus vinctis, F typo, & anypo. *Herod. l. 1. Vide Tit. Divinatio de Corporibus sanctis.*

Prodigia.

Graecia ad Salaminam praedium contra Persas navale facturi erant. Et simul oriente sole, exitit terra, marisque motus. Visum est igitur Aegidas in auxilium invocare. Proinde omnibus, qui illi e Salamina sunt, diis vota fecerunt, & Ajacem Telamodis filium invocaverunt: namque ad Aecum, & ad alios Aegidas invocandos Aeginam miserunt. *Herod. l. 8.*

ALEXANDRO Magno ad expugnandam Tyrum aggerem in mari ducente, repente cetus incredibilis magnitudinis adnatavit, & corporis parte alteri aggeri acclinata diutius ibi constitit, cum maximo insipientium omnium terrore, & rursus enatavit. Huncque religio maxima atroxque occupavit, existimantes illud portendere, Neptunum Macedonibus auxiliarem fore. In urbe quidam visum hujusmodi sibi apparuisse narravit, tanquam Apollo disisset, Tyrium urbem sibi deserendam esse. Id ipsum cum ab eo homine in Alexandrii gratia in confectum fuisse plebs suspicaretur, jamque lapidibus sibi apperere juniiores quidam vellent, a magistratibus subtractus ille, e medio in Herculis templum confugit. Sed nihilo magis Tyrii ejus rei superstitioe se exolverunt, qui catenas aureas Apollinis signo iniecerunt: ita impeditum non amplius ex urbe posse eum demigrare censentes. Capta urbe, Apollini catenas aureas, & compedes a Tyriis coniectos Alexander detraxit, atque Philalexandrum appellari iussit. Herculi magnificentissimum sacrificium peregit. *Diod. l. 17.*

Bello Mithridatico, cum Mithridates rex Cyzicum obsedisset, instante Proserpinae festo: cum nigra bove ad immolandum deficeretur Cyziceni, farinaceam fidam admoverunt atque. Sacra vacca, quae dea alebatur, transfretum pascebat cum reliquo armento Cyzicenorum. Hae illo die armento relicto ad oppidum tranavit sola, & se sacris admovit. Mithridates re infecta discedere coactus, Lucullo insequente. *Plur. in Lucullo.*

Somnia.

MITHRIDATES Cyzicenos gravi obsidione premebat. Instante Proserpinae festo, Dea publico ludimagistro Aristagora offerens se in somnis: Equidem, inquit, adium, ut dicitur Afrum in tubicinem Ponticum impellam. Tu ergo tuos cives jube bono animo esse. Mirantibus hanc vocem Cyzicenis, prima luce fluctuavit mare quasi immenso incumbente vento, & admota muris regis machina, insigni Thestali Nicomedis opera, stridore, & crepitu primum, qui inflaret, indicaverunt. Inde Austro super modum procellosus coortus, & horae brevi momento cum alia convulsit machinamenta, tum turrim ligneam in altitudinem centum cubitorum excitatam tanta vi concussit, ut prorucit eam. Memoriae etiam proditum, compluribus illi fuisse Minervam in somnis observatam, quae copioso manabat sudore, partemque pepli discissam ostendebat. Eam dixisse, modo venire se ab ope Cyzicenis ferenda. Mithridates fame pressus, re infecta in Bithyniam rediit, Lucullo insequente. *Plur. in Lucullo.*

EDGARUS Malcolmi III. Regis Scottorum F. apud Anglos exulans impertratis a Gulielmo Ruffo rege auxilium, regnum a Donal-

Donaldo patruo repererat. Ubi cum copiis ad Dunelmiam A confedisset, per somnium supernè monitus, si vexillum, quod D. Cuthbert erat, secum ferret, haud dubiam securam victoriam: excius è somno, manè monasterium ingreditur, ac rebus divinis Deo, ac D. Cuthberto peractis, vexillum ejus inde sumit, atque in expeditionem expansum deserit. Donaldus Edgaro advenienti obviam cum ingenti multitudine factus, viso D. Cuthberti, ac regio vexillo, à suis desilitus, sese in fugam coniecit: cuiusque jamjam in Hebrides trajecturus esset, ab incolis captus, & ad Edgarum deductus, in vinculis post mortuus est. H. Boeth. l. 12.

FERDINANDUS rex Asturum, & Castellæ, Colimbriam Lusitaniz urbem munissimam obsidebat, quam Saraceni obtinebant. Græcus quidam Episcopus Hostianus ab usque Hierosolyma D. Jacobi Compstellani adem invens, cum triduanis supplicationibus regem Apostoli pacem exorantem audisset, inconsideratè bellicum auxilium à piscatore pacis studiosissimo expeti austerit. Cæterum dum nocte dormiret, apparuit ei S. Jacobus, dicens, Noli Hostiane dicere me non esse militem: ecce jam equito laturus auxilia regi Ferdinando, qui per septem annos obsidet Colimbriam: & ut sis certior, conspice claves, quibus cras hora aperiatis portas civitatis Christianis. Qua revelatione territus, manè canonicis Ecclesiæ Compstellanæ eam revelavit, & eventus respondit. Roderic. Tolet. l. 6. verum Hisp. c. 11. & Roder. Sanctius part. 3. biff. Hisp. cap. 36. ex Luca Tudense.

LIBERATIONIS A VARIIS MALIS. UT A PECCATO.

REMISSIONIS PECCATORUM Revelatio.

Cum Joannes Eleemosynarius esset sepultus, Mulier quam per triduum sepulchro affidens, continuò flevit, propterea quod tradidisset ei schedam, in qua grande peccatum ei aperuisset: indeque metueret, ne illa ad alienas manus deveniret, ut facinus ferret manifestum. Ibi Eleemosynarius apparuit mulieri, reddiditque schedam ob signatam, cui delata priori scriptura, ita erat inscriptum: Propter Joannem servum meum delectum est peccatum tuum. Metaphr. in vita ejus. Tom. 1. Surii. Noltris temporibus, inquit D. Greg. in Evang. homil. 34. Victorinus quidam Emilianus appellatus, vir locuples, ob delictum quoddam suum, mundi omnia dereliquit, & monasterium petit, penitentia causa. Ibi raro exemplo studuit cruciare carnem, voluntatem propriam frangere, despectum sui appetere, oblatos à fratribus honores timere, nocturnas fratrum vigiliis prævenire, in montis secretiore partem noctu excurrere, ubi quotidie in fletu penitentia puritare erratum suum. Quadam nocte Abbas monasterii hunc clam egredientem videns, lato pede secutus, eum in recessu montis cerneret in oratione prostratum, expectare voluit, quando surgeret: cum subito cæcillus lux emissit super orantem sua est, ut etiam tota pars regionis illius illustraretur. Abbas præ metu fugit, & post longum horæ spacium, ad monasterium redeuntem fratrem interrogavit: ubi fuisse? At ille latere se posse credens: In monasterio se fuisse, respondit. Quod negans Abbas, compulit eum dicere, quod vidisset, Videns ergo se deprehensum, hoc quoque, quod Abbatem latebat, aperuit, adjungens: Quando super me vidisti lucem de cælo descendere, vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est tibi peccatum tuum.

D JULIANUS, cognomento Hospitator, cum summo manè domum reversus, in suo, uxorisque cubili dormientes parentes offendisset, putavit uxorem esse cum adultero: & adncto gladio, ambostransixit. Uxor autem, antequam ille advenisset, ad ecclesiam perrexit. Ret tandem cognita, ubertim flevit: utque commissi veniam promereri cogit, ubertim flavit: utque fluminis ripam, ubi multo vado transuentes peribant, Xenodochium posuit: viatores recto accipere, & navicula transvestare gratuito solitus. Postremo divinitus dictum sibi audivit, quod culpam eluisset hospitalitatis merito. Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

GENEBAUDUS Laudunensis Episcopus, cum uxorem, cum qua religionis causa divorium fecerat, cognovisset, septem annos in parva cellula clausus peregit, desilens peccatum suum, atque illud tandem sibi condonatum esse, angelo nunciante didicit. Eustodem angeli justo à S. Remigio Rhenensi Episcopo in locum suum restitutus, cautius vixit: quique ante peccatum innocentior erat, post peccatum sanctior fuit. Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9. ex Sigeb. ann. 500.

DAVID quidam in finibus Hermopolis, grassatorum princeps, cum diu exercendis larcocinis operam impendisset, tandem monachus factus, Deo in humilitate servivit. Et eum post aliquot dierum penitentiam, dimissa sibi esse peccata, angelo referente, accepisset, multitudinis eorum concitatus dubitavit an verè audiret. Ob incredulitatem, lingue officio caruit. Sed cum vehementer doleret, quod solitas Deo laudes ore impedito concinere non posset, vocis usum ad eam dumtaxat rem recuperavit, ad cætera mutus permanit. Marul. l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

Omnia.

MAURITUS Andegavensis Episcopus, dum expectatur, donec sacrificium peragat, interim quem baptizaturus erat, vita defunctum comperit. Sæpeque id negligentia imputans, usque adeò doluit, ut relicta Ecclesiæ navim conscendens, clam effugeret. Fortè sanctuarii claves secum tulerat, quibus de manu in mare elapsis, exissimavit eo indicio se profusus episcopatum indignum: atque inde jam propositum, nunquam ad sedem suam reverti, nisi inventam quis retulisset: Transmisit mari, veste seculari indutus, cuidam principi viro operam servilem locavit, olitor ejus factus. Septennio sic peracto, & clericis inventus, & cognitus, nolebat cum illis redire propter clavium amissionem. Ipsi eas interim in itinere capto pisce, & exenterato invenerant, earundemque argumento in mari cum perisse suspicari fuerant. Illis ergo agnitis à suis reductus, ad pueri illius urnam prostratus oravit, atque ipsum à morte fuscitatum baptizavit. Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

METRON confessor (cujus Corpus Verone colitur) penitentia causa compe de ferrea se vinxit, & clavem, qua nexus dissolvebatur, in Athesim fluvium projecit, atque oravit, ut tunc illam repertam conciperet, cum ipse omni culpa labe purificatus esset. Non post multos annos, intra capti piscis ventriculum repertam, eique restitutam ferunt. Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

ARNULPHUS Lotharingæ dynastes, Caroli Magni Imperatoris, cum religio dominatu, Christo in solitudine serviret, anulum suum in fluvium Mosellam projecerat: tunc se pro delictis Deo satisfecisse credidit, cum ille repertus sibi redderetur. Postea Metensis Episcopus electus, cum diu Ecclesiæ optimè rexisset, allatus est ei piscis, in cujus intestinis invento anulo Deo gratias egit: nec tamen penitentia rigorem remisit, quinimodò dimisso Episcopatu eremum repetiit, ibique obiit. Marul. l. 4. c. 10. & l. 2. c. 12. & Fulg. l. 6. c. 9.

Somnia.

MAURICUS Imp. ob captivos non redemptos, cum id minimo posset precio (quos postea Barbari aperiit ad xiv. milia trucidarunt) Dei iram, & gravissimam hominum odia incurrit. Literis ergo præcipuis Ecclesiæ suam Episcopos pro se preces ad Deum fundere iussit: dumque in lectu, ac lacrymis antea vitæ penitentia sepe macerat, Christi imaginem in somnis clarè, & evidenter vocem edere audivit, ipsum in hac vita penas soluturum. Vidisse quinetiam in somnis se, & Constantiam uxorem cum filiis, & filiabus, totaque sua familia gladio Phocæ perimi. Id quod non multo post contigit. Niceph. l. 18. c. 38. & Paul. Diac. l. 17.

THEOPHILUS quidam in Ciliciz quadam civitate Diaconus remotus ab officio, magi cuiusdam Hebræi suavit, diabolo sese literis scriptis mancipavit: promiseratque se Christum abnegaturum esse. Recepta dignitate agnosceret peccatum cepit, & coram Episcopo, ac tota Ecclesiâ penitentiam suam declaravit. Die quadragesimo dormienti Virgo Dei Mater apparsit, dimissum illi peccatum nunciavit. Somno excitatus, chirographum suum juxta facientem reperit, & peccatum suum, Deique erga se misericordiam cunctis audientibus publicè enarrans; die tertio vita defunctus, etiam miraculis claruit. Marul. l. 2. c. 12. & l. 4. c. 10. ex Sigeb. & Simeon. Metaphr. & Tom. 2. Sur. die 4. Feb.

TYRANNIDE.

Consule Tit. Mortis divinatio, quatenus tyrannorum mori, ut ipsi esse mala, sic iis, qui tyrannorum potentia premuntur, est bona. Item Tit. Mutationis Reipub. divinatio, quatenus tyranni tollantur.

HIPPATODORUS Thebano visa est domus Charonis, unius è conjuratis, qui Archiam tyrannum sustulere, nocte antè prægnantium more parturire: illum, & amicos de ea solitis vota facere, & præsto esse, mugire illum, & voces qualdam mittere incanditas, postremo flammam eluxisse ex ea foras copiosam, & vehem-

vehementem, ut urbs ferè tota inflammaretur, Cadmiam arcem à Spartanis occupatam solo fumo involutam fuisse, sed incendium superiori non depascante. Plur. de Soc. dem.

Tamest ad reliquas provincias, præsidis, & magistratus Romani cum liotore, & fascibus irent, tamen Alexandriam consulare falces accedere, aut urbem inire vetabatur: quod divinis carminibus, & vaticinio prædictum esset, tunc demùm Egyptum fore liberam, cum ad eam Romani falces adventarent. Sed & Romani magistratus libera, & fœderata oppida, velut sociali fide copulata, plerumque sine liotore, aut fascibus adibat. Alex. lib. 1. cap. 27.

Obsidite Alfonso, Aragonum, & Siciliæ rege, Cajetam. Quare supra, Prodigia, Offensa.

SERVITUTE.

MARCUS, Plinii II. servus, cum somniasset sedentem quemdam in lecto, ubi ipse erat, caput sibi tendere: expectatus, tonsum sibi caput esse invenit. Itaque à patrono manumissus est. Fulg. lib. 1. cap. 5.

OBSDIONE.

Quo tempore Galli Capitolium obsidebant, Jovi Pistori ara posita fuit, quod Romanos Deus in quiete monuisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostium castra jactarent: eoque factò, soluta est obsidio, desperantibus Gallis inopia subigi posse Romanos: Meminit & Livius, & Frontinus Ladant. l. 1.

ATTILA in Galliam irrupente, cum aliæ civitates, tum in primis Parisienses, relicta Lutecia, se ad loca tutiora recipere instituerunt. S. Genovefa virgo ad uxores eorum conversa dixit. Cur patriam, in qua nata, atque educata estis, relinquere cogitatis, ac non potius vos, virosque vestros contra hostes, armaque eorum juvenis, & precibus communitis? sic enim, Deo opulante, facilius evaditis. Quibus verbis auditis, multa illarum, spe sua in Dei misericordia posita, se in Baptistarium ad vota Deo faciendi proriperunt. Inde viros aggressa monuit, ne desperatione debilitati fortunæ volubis esserent, sed Dominum suppliciter orarent, qui orbis ipsos impendentibus eximere periculis posset. Nam quas urbes, tantam munitione, adire contenderent, eas majorem calamitatem esse passuras: Lutetiam vero ex tantis malis incolumem emeritiam. Quam vocem rei eventus postea comprobavit. Sigon. lib. 13. Imp. occid.

Fatigati per aliquot dies in urbe defendenda Florentini, à Radagaio Scythæ obfessi, nullò oportuno suppetente subsidio, jam propè de salute desperaverant, cum S. Ambrosius civi eisdem in ea domo, in qua, dum viveret, olim Eugenii tyranni vin declinans manserat, sese in fornix obulit, ac postero die salvos eos fore denunciavit. Quos volente Florentini tanquam certa fide oraculi exocitati, animo sustulerunt, ac tempestivum auxilium expectare læti exierunt. Postero die Scilico, Honorii Imp. socer, cum exercitu exiguo in saltibus Apennini inclusos hostes ingenti strage affecit. Idem 10.

CAPTIVITATE, CARCERIBUS.

Pocillatori Pharaonis, ob delictum quoddam suum in iisdem cum Josepho carceribus incluso, oblatum somnium, quasi uras in patera Pharaonis exprimeret, interpretante Josepho liberationis indicium exitit. Genes. 40.

Pridè ejus diei, quo Aristomenes Messenius induciis factis cum Lacedæmoniis, à seipso Cretenfisus ex insidiis captus fuit, & in tugurium quoddam agri Messenicis perductus: Virgo quædam patre orba ibi habitans cum matre, per somnium visa fuerat sibi videre, pertrahi illum à lupis leonem vinctum erepis unguibus, illum se è vinculis eximisse, & cum eo tanquam cum viro congregatis, unguis illis dedisse, nec multo post à leone lupos lanianos. Deducto itaque quò Aristomene, agnovit puella expressam viro eventu somnii imaginem: audi-toque à matre viri nomine, confirmavit se, & cum in eum in-tereretur, facillè quod significaret intellexit. Vinum itaque largio Cretenfis, sudit, ita ut omnes violenti se abjecissent. Aristomenes graviore somno consopito pugniunculum eripiens, vincula sibi abscidit, omnique jugulavit. Virginem illam per navata salutis sua opera filio suo Aragonem in uxorem dedit. Paus. in Messenicis.

Cum Agrippa Herodis Magni nepos, quia Cajo favere videretur, à Tiberio Imp. Romæ in vincula conjectus esset, stanti ante regiam inter alios quosdam captivos bubo capiti insedit. Videns illi unns è vindis Germanus arupesc, accessit Agrippam, eique hoc augurio brevi significari non tantum liberationem è vinculis, sed dignitatem simul, & potentiam affirmavit.

vit. Nec sefellit eum eventus, nam post sex menses Tiberius perijt. Cajus in Imperio successit, qui Agrippam regem fecit. E. Josephus lib. 18. cap. 8.

HEDUVINUS, qui post Rex Northanymborum factus est, cum fugeretur Edelfridum, qui ante ipsum regnarat, diuque vagaretur in exilio, tandem ad Redualdum Orientalium Anglorum regem diverit. Ibi cum Redualdus ab Edelfrido sollicitatus, decrevisset vivum ipsum hosti tradere, aut domi interficere, isque ea de re certior factus, per noctem vigilans sederet triffi gemitu mortem expectans, vidit intempesta nocte ad se venientem virum incognitum, qui consolatus eum dixit: Se non solum ex hoc periculo ipsum velle eripere, verum etiam ad regni fastigium evehere, si promitteret, quod postea de certiori salutis æternæ via doctus, itidem sibi obtemperare vellet. Ille citrà hæsitacionem illud promisit. Quare & divinitus liberatus mutante Redualdo sententiam, & ipsum armis contra Edelfridum propugnante, ad regnum pervenit. Beda lib. 3. Eccl. biff. Anglorum c. 9. & seq. Polst. l. 4. Angl. biff.

MAGNUS SPORTIA, filio suo ex Catella Alopa, Pandulphi Alophi sorore, nato, Leonardi nomen in ejus diu honorem indidit: quoniam per quietem D. Leonardum ea species, qua de pingi in templis solet, sibi open ferentem vidisset, cum & clathros ferreos fenestræ carceris distumperet, & compedes solvere præsentis oculum videretur. Implevit autem somnii fidem, & numinis oraculum rei eventus. Nam eodem die latam somnio noctem sequuto, & rex Jacobus Gallus per seditionem regno Neapol. expulso, Imperium cum libertate amisit, & Sfortia adparto carcere, ingenti omnium læticia, iterum Magister equitum est re-nunciatus. Jovius in ejus vita.

INUNDATIONE.

Cum Barth. Gradonico duce Venetis aquæ omnes, & stagna ita subito excrevisset, ut omnes de salute sua desperarent, Piscatori cuidam nocte intempesta tres humana specie occurrerent petentes ab eo, ut sese incolumes ex eo turbine fervaret. Quos ubi in litus deduxit, à D. Marco annulum præmi loco accepit, ut eum principi offerret: asseretretque, sua ope præcipue à se, divoque Nicolao, & Georgio servatam esse urbem. Egnat. lib. 1. cap. 6. & Fulg. lib. 2. Dec. 2.

TERRÆMOTU.

Anno 528. sævus terræmotus miserabiliter Antiochiam afflicavit. Siquidem ingenti cæli propè mugitu edito ædificia omnia, quæ priore non ruerant, decubavit, æque hominum ferme quinque millia ruinis allitit. Quo casu perculsi cives, ad divinam opem implorandam se contulerunt, ac sine calceis cum flebilibus vocibus Deo supplicatum ierunt. Cuiusmodi vir quidam insigni pietate præditus, se in quiete divinitus monitum esse assereret, ut ad tantam avertendam calamitatem in foribus ædium inscriberetur: Christus nobiscum stare, eo facto, repente cælestis ira resedit. Justinianus inde, & Theodora conjux ejus ingenti suppeditata pecunia summa, ac in missaurant, ac novo nomine per Antiochia Theopolim appellatum. Sigon. lib. 17. Imp. occid. ex Cedreno, & Ospergense.

Tricesimo imperii Theodosiano terræmotus magni facti sunt Constantinopoli per quatuor menses, ita ut metu nimio perculsi Byzantini extra civitatem in campum unà cum Episcopo, qui tum Proclus fuit, fecederent, precibus Deo pro liberatione ab imminente interitu supplicantes. Quadam ergo die fluctuante terra, atque omni plebe attentis clamante, scilicet in horam tertiam, omnibus videntibus, à divina contigit virtute sustolli quendam Adolescentulum in aera, & audire divinam vocem admonentem, ut Episcopo, H. ac populo nunciaret, ut Litianis sic facerent, & dicerent: Agnosce deo. Agnosce deo. Agnosce deo. Agnosce deo. Sanctus Deus, Sanctus Iortis, Sanctus immortalis miserere nobis, nihil aliud apponentes. Proculus Episcopus cum sic facere populo præcepisset, terræmotus cessavit. Paul. Diac. lib. 14. & Ced.

SICCITATE, STERILITATE, FAME.

Pelagi Lemnum incolentes, cum eis post necem liberorum, atque uxorum neque tellus fructum redderet, neque uxores, neque pecora, ut prius, gignerent pariter fame, & liberorum orbitate vexati, Delphos miserunt petitum aliquod laxamentum præsentium malorum. Julli à Pythia pœnas Atheniensibus, quas illi vellent, pendere, Athenas ire: polliciti que sunt, daturus se pœnas illis omnis injuriæ. Atheniensis fratris in curia thoris, quam poterant splendidissimis, appositaque mensa omnium bonorum referatissima, jusserunt Pelagos, ita se habentem regionem sibi traderent. Tunc Pelagi expicientes dixeret:

tanto cum fragore, ut nonnulli in tertiam collaberentur. Elias quidam aperto libro de terræ motibus, & tonitruis, scriptum invenit, & ceteris ceteris, Casus sapientium. Nec multo post, qui diversam tuebantur sententiam, ab Imperatore in exilium sunt pulsi. Nicias lib. 7.

Præquam Fridericus I. Imp. cum Alexandro III. Pontifice ad bellum descendit, clarè effigiata in ipsa Luna crux in ejus medio apparuit. Idem saluti ann. 1169. regnantibus iisdem, Nonis Septembris tres apparere soles occidentem versus, ultra duas horas conspecti sunt: post quod tempus, qui inter tres medius erat, permanit. Sab. lib. 1. cap. 4.

Antequam schismatici tumultus inter Callistum II. Burdunumque Antipapam orirentur in Gallia, in Leodiensi agro porcus capite, effigieque humana natus est. Fulg. lib. 1. cap. 4.

Et anno, qui schisma Gregorii, & Gilberti Ravennatis Episcopi (qui auspiciis Henrici III. Imp. se Clementem vocavit) præcessit, plusquam quindecim dies, aves cicures efferrate sunt, & in Britannia fons sanguine manavit. Sab. lib. 1. cap. 4. & Fulg. ibid.

HENRICO IV. Imperante, in feriis Pentecostes, Imperatoris Belypeum, & enfem in aula Goslariana fulmen absumpsit. In finibus Tornaci colubrorum agmina prodigioso prælio inter se concurrerunt: multis verò utrimque cadentibus pars victa in cavam arborum se proripuit: quam victrix sibilando circumdedit, donec circumjecto ab hominibus igne cremarentur, an. 1059. Siebert. Gallia Romæ peperit ovum, naturā non arte caletur serpente. Gregor. VII. Papa, ovo Imperium, serpente, regem Roman. denotari coniebat. Avent. A. D. lib. 5. Ex Episcoporum quorundam baculis, & cruciula Stederburgensi (quod cœnobium ditionis Brunsvicensis est) sudor distillavit. Corvi, & cornices prælia commiserunt integrum diem, & utrimque multi ceciderunt. Veddinæ vinum sacri calicis in sanguinem conversum est: quod miraculi loco in ade summa Magdeburgensi positum fuit.

Tertio Nonas Januar. 1117. quo Henric. V. Imper. secundo in Italiam contra Paschalem II. Pp. venerat, Italia inaudito ante multa secula terræ motu concussa est. Quippè ejus impetu moenia, templa, turresque urbium passim cum ingenti mortaliū strage procubuerunt: fontes turbati, templorum lampades, nullo impellente ventorum flatu, per aërem latè: præcipue Parmæ nova basilica, Veronæ ædificiorum pars maxima corruit. Harum item terræ in illis partibus ingentes apparuerunt, & arbores radicitus evulsæ sunt: infans locutus, tristitia, ac portentosa quedam enuciavit. Quinetiam tertio Kal. Februarias tremenda tonitrua, ac fulgura, quæ nulla hominum meminerat, atres, eberriima immixta grandine, mortalium auribus, oculisque objecta, rem in eam religionem adduxerunt, ut diræ aliquid calamitatis impendere, homines suspensis mentibus pertimescerent: quodque pavorem animis majorem incutebat, eadem prodigia, ac multo tristiora ex Germania nunciabantur. Sigon. lib. 10. reg. Ital. In Romandiola sanguine pluit. Benno. In ecclesia Leodiensi in vigilia Dominicæ ascensionis, cum decem collegiorum membra in unam majoris ecclesiæ basilicam convenissent ad sacra solemnia peragenda, vix primus pluvium erat petactus, subito sereno cælo repentinae ingruerunt tenebræ, noctem intentantes. Consernati mox tantis nubium sonitus instruunt, ut nunquam major collisio fuerit audita. Fulgur quoque tam terribile alio tempore auditum, ut quavis distantissima essent urbes, quæque tamen supra sumum caput esse vibratum arbitraretur. Crantz. lib. 5. D Sax. cap. 39.

Anno Sal. 1156. Nonis Septemb. cælo serenissimo tres soles paucis post diebus totidem lunæ, in media luna crux candida apparuit. Astrologi discordiam inter Electores ob Imperatorem eligendum coniecerunt. Erfordiensis.

Arlic coniectans. Dom. 1340. quo Imp. Ludovicus Bavarus excommunicatus est à Pontifice, & in ejus locum electus Carolus IV.

Anno, antequam schisma erumperet inter Eugen. IV. Pontificem atque, Amadeum Sabaudicem (à Concilio Basiliensi ad Romanum Pontificatum electum, cui Felicitas V. nomen indiderant) cum in Germania ecclesiæ in diversa studia scissæ essent, atque in Italia bella, cædesque peragerentur: eodem die in urbe Roma fulgur quatuor templorum, Pontificiæ curiæ aedificatorum campanariarumque, chorosque tantum percussit. Sab. lib. 1. cap. 4.

FRIDERICUS, & JOANNES Duces Saxonie, fratres, eo anno, quo Lutherus primū mense Novembri edidit deliria sua de Indulgentiis, cum ex templo Vimarie in Natali Christi cum filio duce Joanne Friderico post mediam noctem egredierentur

cum frequenti comitatu, vident supra arcem cælo sereno fulgentem crucem purpuream, fatismagnam, & perspicue expressa figura. Ibi cum diu flarent attoniti spectatores, fratres eo signo portendi futura certamina, & domus Saxonica pericula vaticinati sunt. Laar, Lindemannus in oratione de Joanne duce Saxonie.

RELIGIONIS EVERTENDÆ, INTRODUCENDÆ, PROPAGANDÆ VE.

VERÆ RELIGIONIS Propagatio.

Hec Impiis mala, Piis bona, & exoptata. Vide Tit. Divinatio Religionis, Conversionis ad pietatem.

Corruptio, Everso.

Hec Piis mala, Impiis grata, & accepta. Cum operaretur aliquid Anonius Eremita affidentibus fratribus, intentè oculos in cælum fixit, suspirans: & cum valde turbaretur, genibus flexis orare cepit. Interrogatus à fratribus semel, atque iterum, Cur tantopere commoveretur? vix tandem cum ingenti moerore, & fleu respondit: Magno, & frates, turbine, fides Christiana post nostra tempora subvertetur. Vidi enim altare Domini malorum circumdatum multitudinem, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Athanas. in vita illius.

Cum noctu Genadius Patriarcha Constantinopolitanus sub Leone Magno Imp. ad altare astaret, & precas ad Deum profundo funderet, spectrum quoddam dæmoniacum visum est, quod crux signo ab eo repulsum, humana voce illi respondit: Illo quidem vivo se cessurum, atque quieturum, postea verò modis omnibus Ecclesiam perturbaturum. Niceph. lib. 25. cap. 23. Suidas Sedr.

FALSÆ RELIGIONIS Propagatio.

Hec Piis mala, Impiis bona videtur.

Constantinus Imp. Juliano, Athenis, ubi literis operam dabat, Midiolanum accersito, ac in Cæsarem declarato, fororem Helenam collocat. Inde Gallias petenti, ac Viennam provincie ingresso, Anus prædici, deorum templa eundem reparaturum, Avent. l. 11. A. D. Annal. Bojorum.

Atticus Episcopus Constantinopolitanus scripsit contra Nestorianam hæresim divino instinctu, cujus tamen hæresi nomen adhuc ignorabatur.

Everso.

Hec Impiis mala, Piis bona videtur. Consule Tit. Oracula, quæ obmutuerunt.

Helisæo Propheta in Galgalis edito, bos aurea in Selom Israelitarum, clamore maximo vociferata est. Excidium enim suum diabolus prævidebat. Epiph. in Vita Proph.

Jadon vates Hierosolymitanus superstitionis Israeliticæ eversionem prædixit Hieroboam instauranti idolatriam vitulorum in Dan, & Bethel. 3. Reg. 13. & Joseph. l. 8. c. 9. Ant.

Narrat Orosius lib. 6. cap. 22. Augustum Cæsarem eadem die, qua Christus natus est, mandasse, ne quis se Dominum deinceps vocaret: divinantem credo, verum principem orbis terrarum, ac mundi totius natum esse. Idem quoque mandavit, ut in orbe Romano omnium hominum capita censu notarentur, ac si majori principationem gubernati imperii aliquando redderentur esset. Hinc autem censui Cyrinum virum consularem ex senatusconsulto præfecit. Pax præterea, & quies tanta fuit tum domi, tum foris, quanta nunquam antea. Hunc enim justitiæ, & pacis regem, prophetæ appellarunt. Sab. lib. 1. Enn. 7. & Platina.

Dum in Ægypto Christus Opt. Max. cum Josepho, & matre fuit, simulacræ Deorum, quos gens illa stultia colebat, sua sponte cecidisse dicuntur. Imperante demum Hadriano, ubique gentium perniciosæ nefariæque sublatae sunt immolationes, tum Delphici Apollinis, tum Ammonis, aliorumque vanorum deorum oracula penitus muta existerunt. Nam teste Cicer. l. de Divinat. 2. jam diu antè sensim filere ceperant sic, ut ejus ætate, qui paulo ante Christi adventum vixit, ferme conticerent. At tum denique potentia dæmonum infacta pœnit: quod Porphyrius (uti Eusebius dicit) Christiani nominis hostis, in libro, quem adversus religionem nostram scripsit, hoc modo testatur: Nunc verò mirantur, inquit, sit tam multos annos peste civitas vexetur, cum & Esculapius, & alii dii longè abint ab ea.

Postea

Postea enim, quàm Jesus colitur, nihil utilitatis à diis confecti possimus. Hæc verba illius sunt, Christus ergo Jesus diis illis potentior est. Ita demum fecutum est, quod Dominus apud Zachariam prophetam ante annuntiatum esse futurum, dicens: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Polyd. l. 5. c. 8. de rer. invent. Attestatur Athen. de Humanitate verbi, & Aug. de Civ. Dei, & Euseb. l. 7. c. 6. de abolitis oraculis. Plin. l. 30. c. 1.

Astaroth idolum apud Indos, veniente cò Bartholomæo Apostolo, obmutuit. Marul. l. 2. c. 8. in Sab. l. 5. c. 4.

Oraculum Apollinis in fumis Alpiibus obmutuit ob Gregorium: nec nisi permittente Gregorio responda dare potuit. Ruffinus in bist. Eccl. l. 7. c. 25.

Hermes Trismegistus in Asclepio, ubi de cultu dæmonum Ægyptiaco loquitur, inquit: Quoniam præscire cuncta prudentem decet, istud vos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cum appareat, Ægyptios in casum pia mente divinatus sedulam religionem versasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. Deinde multis verbis hunc locum exsequitur, videntur quoque tempus prædicere, quo Christiana religio, quantò est veracior, atque sanctior, tantò vehementius & liberius cuncta fallacia signenta subvertitur.

Verissimi Saluatoris liberet hominem ab his diis, quos fecit homo, & ei Deo subdat, à quo factus est homo. Sed cum Hermes ista prædicit, velut amicus eisdem iudificationibus dæmonum loquitur, nec Christianum nomen evidenter exprimit, sed tanquam ea tolleret, atque deleretur, quorum observatione cœlestis similitudo cultodiretur in Ægypto: ita hæc futura deplorans, luctuosa quodammodo prædicatione testatur: erat enim de his, de quibus dicit Apostolus, quod cognoscetes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obsecratum est insipientes eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Adde: tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum, atque templorum, sepulcorum erit, mortuorumque plenissima. Sed hoc videtur dolere, quod memoria Martyrum Christianorum templis eorum, delubrisque succederent: ut videlicet, qui hæc legunt, animo à religione averso, atque perverso, putent à paganis deos cultos fuisse in templis, à nobis autem coli mortuos in sepulchris. D. Aug. l. 8. de Civ. Dei, c. 23. in 26.

M. VARONIS, qui de Antiquitatibus rerum humanarum, & divinarum libro 4. scripsit, ominosa vox fuit, cum consiliū suarum descriptionis aperit, & timere se, ne percat res sacra, profiteretur, non incurru hostili, fed civium negligentia: de qua illos veluti ruina liberari à deo dicit, & in memoria bonorum per hujusmodi libros recendi, atque servari: utiliore cura, quam Metellus de incendio sacra Vestalia, & Aneas de Trojanorum excidio penates libera se prædicatur. Idem l. 6. c. 2.

ANTONIUS, Sospitæ, & Eustathii Prædicatoris F. apud canonicum Nilii otium scholam habuit. Prædixit discipulis, à sua morte Serapidis delubra evertum iri. Eventus vaticinium confirmavit sub Theodosio Imp. Eunapius in Eusebio.

CHRYSANTHUS Lydus, Adesii discipulus, magiam studiosè amplexus est: divinationis ita peritus, ut multi melius illum futura cernere, quam prædicere dicitarent. A Juliano Apostata in aulam vocatus, cum paulo post religionis mutationem futuram prævidisset, parere noluit, sed pontificatum Sardibus consecutus, calamitates eas, in quas Maximus incidit, evitavit. Eunapius.

PHYTHUS Daphnæus, in Daphne suburbio Antiochiæ, à Juliano consultus de eventu expeditionis in Persas, respondit, se à vicinis mortuis impediri, vis verò aliò translatis, se velle prædicere futura promittebat. Erat autem in eo loco sepulchra Babylas, & alii Martyres. Julianus itaque Christianis concessit, ut reliquias Babylæ aliò transferrent. Verum non multo post, cum Babylas inde esset translatus, fulmen cœlestium demissum, totum templum Apollinis incendit, & ejus simulacrum ligneum quem, sed auro obductum, in cineres redegit. Quo Deus testatus est, de fidei Dei, & idoli vanitate: & quod in honorem Sancti ibi sepulti dæmonem illum representat. Theod. l. 3. c. 11. Sozom. l. 5. c. 19. 20. in 21.

ATHANASIVS Episcopus, ab Ariano, & Græcis præligatorum dictus, atque ob divinationis peritiam diu, multumque derisus, cum urbem Alexandriam ingrederetur, cornix in acre volitans crocitabat. Græcorum turba hæc audiens, fœmante cum veluti impostorem persequens, Quidnam cornix diceret? interrogavit. Ille autem perquam urbanè, & suaviter ridens: Cras, inquit. Portendit namque crastinum diem vobis non bene cessurum. Mandatum enim ab Imperatore veniens, festum diem vestrum inhiabit, & magnificentia vestra inju-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

cunda vobis erit. Porro id Athanasii dictum exitum suum habuit. Ab Imperatore enim licere venire, quibus Magistratu jubebatur de cætero Græcos prohibere: ne ad templa accederent, & more superstitionis dies festos peragerent. Et celebrata ea, quæ jam aderat, & ab illis penitus fibat, venerationeque maxima colebatur, tum penitus abrogata fuit. Niceph. lib. 9. c. 36.

Avorum memoria, inquit Vives, in Canaria & aliis insulis Fortunatis dæmones variis formis exhibebant se illis populis conspiciendos, & eos alloquebantur, inducebantque ad multa genera sacrificiorum sæva, & horrenda, ut ad parvos filios jugulandos, exurendos, & alia hujusmodi. Posteaquam devicti sunt armis Hispanorum, & Christiana pietas illic est audita, fraudes illæ omnes tanquam caligo luce immixta discussæ sunt, atque evanuerunt. In insulis occidentalibus, & Novo orbe Hispanis navigationibus reperto, dæmones per vias omnes, & compita frequentissimè homines illos alloquebantur, & qua fieri vellent, admonebant. Ubi verò Christianæ doctrinæ magistri eò venerunt, magnam illic silentium omnium, magna fuga. Videlicet tenebras dispellit lux, mendacium veritas. Lud. Vives de Veritate fidei, l. 2. Crux illi fixa à Christophoro Columbo, in Hispaniola insula, qui primus eas provincias ingressus est ex Europæis, nullo modo F

evelli potuit. Fr. Lopezius in bist. India.

Hispaniolæ, hoc est, S. Dominici incolæ, idolorum suorum oraculo, multo antea tempore, quàm Hispani de India cogitarent, admoniti fuere, fore, ut à barbaris ipsi & sua religione, & antiqua libertate privarentur. Quod oraculum ipsorum sacerdotibus rhythmis, comprehensum, diebus tantum tristibus occinebant. Jo. Metellus.

Infelicitatis, calamitatis in genere.

Tres Amici Job, diversis licet in locis commorantes, unus in insula maris Rubri, alter in Ægypto, tertius in Palestina eodem tamen tempore portentum calamitatis ejus, panem cruentari, vinum in sanguinem verti, menæ accubentes confixerunt: atque ut divinationis erant periti, confestim quisque ad consolandum amicum itineris se accinxerunt. Quo pietatis officio eos gehennæ loca, peccatorum nomine ipsis præparata, effugisse, Chaldeus paraphrastes in historia Job narrat. Aug. Nebiensis Episc. in Psal. ob suplo.

MANVELL Commeno Imperatoris defuncto filius Alexius adhuc puer successit. Is ob immaturam ætatem, & inopiam consilii, nullam officii rationem habens, inani superbia elatus, & vix satis gnarus, quæ res tuerent, aut jucunda essent, venerationi, & equitatione incumbat: puerorum, cum quibus colucleret, familiaritate utebatur, vix pelime instituta. Is rerum status monstro illo, sub Manuili obitum edito, præsignificatus fuit. Nam mulier quædam in Proponide habitans, puerum peperit, cætera perexilem & imbecillam, sed capite ingenti. Id principatus multorum, quem omnis imperii, & discipline contemptus sequitur, omen habitum. Niceph.

Mortuo Alfonso XI. rege Hispaniæ, Græcus quidam consiliarius obitum ejus universæ Hispaniæ merito luctuosum fore prædixit, tum quia tali rege orbata esset, tum quia filium Petrum difficillimum patri successorem esse habitura: sæpe illud propheta repetens, Dabo illis regem in furore meo. Petrus ea libertate offensus. Ergo vaticinium tuum sanctum, inquit, hominemque securi percuii jussit: sed exoratus à suis, Ut mendacem te esse repta convincam: veniam tibi do inquit. At Græcus: Utinam falsus sim, inquit: sed heu nimis veracem H

fuisse, Hispania experietur. In te verò iniquitas tua redundabit, & fratrum gladium ultorem experire. His dictis, evanuit è conspectu satellitum, & in Africam transiit, prædictionibus nobilitatus. Ea occasione Petrus deinceps fratribus suis insidiari cepit. Roder. Santius p. 4. bist. Hisp. c. 13. & 15.

INIMICITIÆ, DISCORDIÆ ECCLESIASTICÆ.

Vide paulo ante, Schismaticum, Persecutionum Religionis causa, divinatio.

CIVILIS BELLÆ, CASTRENSIS Seditiosis Prædictiones. Oracula.

TIBERIO imperante, editum est Romæ oraculum tale: Bis

Ppp

Bis ter trecentis circumvolventibus annis
A Sedicio perdet Romanos.
 Quod Neronis tempore factum putarunt. Eadem enim oraculi verba cum post urbem à Nerone miserè incensam populul recitasset, Nero populi consulendi causa hos versus nufquam repositos esse dixit. Quo facto, populus hunc versum verè Sibyllinum cecinit,
Ultimus Aeneadam matrem necat Induperator.
 Id quod accidit, sive verè prædictum divino oraculo, sive afflatu multitudinis ex statu rerum, qui tum erat. Nam ultimus Nero ex Julii familia, quæ ab Aenea profecta erat, regnavit. *Xpiblinus in Nerone.*

Omina.

ALEXANDER Magnus moribundus in amicos versus: Magnas video, inquit futuras mihi exequias. *Plut. in Apoph.*
 TIBERIUS & CAIUS Gracchorum tribunitios futores Cornelie matris clausum genitale, cum primum edita esset, præsignificavit. *Plin. l. 7. c. 16.*
B C. MARIUS, Sylla victore ex Mithridatico bello redeunte, viis, consul creatus, ipsas Kal. Januariis principio anni Sextum quemdam Licinium de faxo deiecit: quod & illi, & civitati venientium malorum visum prælagium. *Plut. in Mario.*
 AUGUSTUS Imp. lavum sibi calcem præposterè indutum animadvertit, qua die seditione militari propè afflictus est. *Plin. lib. 2. cap. 7.*
 LUDOVICO Pio Imp. post auditam concionem de passione Servatoris, templum egresso, ingens templi ostiorum ruina facta est, quæ Imperatorem, & viginti homines gravissimè læsit. Nec multo post, à filiis carceri inclusus est. Anno Christi 817. *Chronicon German.*

Auguria.

Primo bello civili Romanorum, tres corvi pullos suos in viam productos fœdè lanarunt: quod ex lanati superfluit, nidum retulere. Dum consulit fenatus fatiloquos, atque in ade Bellona habetur: passer in omnium conspectu cicadam ore ferens intulit se in adem, ejus partem abiecit, ibique reliquit, cum parte evolavit: unde trioli seditionem timbant, & secessionem ab urbana, & forens turba agræstium: quippe illam more cicada vocalem esse, & agræstes ruri agere. *Plutarchus in Sylla.*

Contra hostes ad Bononiam Triumvitorum copiis, Aquila tentorio Augusti supersedens, duos corvos hinc, & inde infestantes affinit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, ac exitum prælagente. *Suetonius.*

Prodigia. Oïenta.

Ferunt aliquando, arietis caput cum unico cornu ad Periclem fuisse ex agro delatum, ac vatem Lamponem, ut cornu validum confexit, & firmum media enatum fronte, duarum dixisse, quæ tunc in urbe erant factionum, Thucididis, & Periclis potentiam ad unum delatum iri, apud quem hoc prodigium evenisset. Anaxagoram verò, cum os capitis dissecuisset, monstrasse non complectere cerebrum sedem suam, sed ovis modo acutum ex tota testa devolutum eò loci, unde originem radix cornu ducere. Atque in præsentia quidem habuerunt in admiratione, qui intererant, Anaxagoram: brevi post Lamponem, cum, opibus fractis Thucididis, respubl. universa in Periclis manum recidisset. Poterat verò rectè uterque conspexisse, tam phyficum quam vates, alter qui causam, alter qui exitum probe est affectus, illius erit enim munus, unde provenisset, & quemadmodum esset enatum, contemplari: hujus, ad quid genitum esset, & quid portenderet, prænunciare. *Plut. in Pericle.*

L. MARCIO & SEX. JULIO Coss. in agro Mutinensi, montes duo inter se concurrerunt, crepitum maximo assultantes, recedentesque, inter eos flamma fumoque in celum exeunte intercedi, spectante via Æmylia magna equitum Romanorum, familiaritumque, & viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elise, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt, anno ante Sociale bellum, quod haud scio an funelius ipsi terræ Italie fuerit, quam civilia. *Plin. l. 2. c. 3. Plut. in Sylla.* Sed & ancilla serpentes peperit.
 C. VOLUANO & SER. Sulpicio Coss. in urbe Rom. inter initia, motusque bellorum civilium, carnis in modum nimbi dissipata

partes ceciderunt, quarum majorè numerum præpetes diripuerunt aves: reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetetro, neque deformi aspectu mutatum jacuit. *Val. Max. l. 1. c. 6.*
 Est in exemplis, incisos panes L. Syllæ temporibus, manantis sanguinis guttas fuisse, canesque, & aliad genus animalia rugitu miserabili lugubres voces dedisse, bellum civile, & intestinas clades, tantumque cædis, quantum postea effusum est, denotasse. *Alex. l. 2. c. 31.*

L. SCIPIONE, C. NORBANO Coss. inter Capuam, & Vulturum ingens signorum sonus, amorumque horrendo clamore auditus, ita ut viderentur duæ acies concurrere plures dies. Rei miraculo accessere vestigia equorum, hominum, & recens prostrata herbæ, & virgulta, molem ingentis belli civilis inter C. Marium, & L. Syllam portendentia. Julius obsequens, Flamma sponte eluxit ex signorum hastis, quæ ægrè restincta est. Mures aurum in templo sacrarum arrosentur. Feminam unam ex his ceperunt aditum mscipula, ea in ipsa mscipula quinque editores devoravit. Ex claro, & sereno caelo vox increpuit tubæ acuta, & lugubris, ut obstruere, & cohorrescerent ejus magnitudine omnes. Hætrufci vates mundi conversionem prædicaverunt portendi, & mutationem in aliam ætatem. *Plut. in Sylla.*

Substitit in Cumano arbor gravi offento paulò ante Cn. Pompeii Magni, & C. Jul. Cæsaribus bella Civilia, paucis ramis eminentibus. Inventum Sibyllinis libris, intermectioem hominum fore, tantoque cam majorem, quanto propius ab urbe postea facta esset. *Plin. l. 17. c. 25.*

Ante bellum civile inter Octavianum, & M. Antonium, Disaurum, quam deduxerat Antonius colomiam ad mare Adriaticum, cum terra desedisset, haustum est. Ex marmoribus, quæ erant Albæ, Antonii statuas una sudore per multos dies manavit, nec multis detergentibus subsistit sudor. Patris, cum ibi ageret, fignum Herculis conflagravit. Athenis Liber pater vi venti ex Gigantum pugna excussus, atque in theatrum est delapsus. Referbat autem genus suum ad Herculeum Antonius, & Liberum patrem, quantum poterat, amulabat urque, & Bacchus minor dicebatur. Idem turbo Eumenis vocata, & Attali colossos inscriptione Antonios Athenis irruens solos ex multis prostravit. *Plut. in Ant. Appian. in Sab. l. 9. Ann. 6.* Anno toto post eadem Cæsaribus, orbis solis pallidus sine fulgore emerit, debilemque, & tenuem demisit colorem. Itaque G nubilis aer, & gravis exitit imbecillitate cum tenuant temporis. Unde fructus crudi, immaturique elanguerunt ob cæli rigorem, & flaccidi evasere. *Plut. in Cæsare.*

Bello in Orthonem, & Vitellium flagrante, in Capitolio ex Victorie, quæ bigæ infestabat, manibus habenas viderunt omnes laxatas, sicut retinere non valentis: in Insula Tiberina D. Julii statuum nullo terræmotu, & caelo tranquillo ab occidente in orientem conversam. Quod circa illos dies perhibent contigisse, quibus Vespasianus apertè jam imperium suscepit. Id quod Tiberio accidit, pro sedeo ostento habuit vulgus. Erat tandem hora, qua postillum flumina exundant, sed nunquam in tantum excreverat, neque tantam ediderat stragem, vel ruinam attulerat, effusus, & inundans magnam partem urbis, maxime in foro frumentario, ut magna fames per multos dies urbem obsederit. *Plut. in Orthon.*

Cum Constantius propter bellum Pericum esset Antiochia, Julianus contra eum moveret, vindemia jam collecta, circa oceanum Plejadum, uvæ denuo post prolata: & imber ex aere descendens, in ejus simul cæterorum vestem singulas crucis signaculo guttulas formavit. Id ipse pro bono omnie habuit: cruceum circulo inclusam significare religionis Christianæ angustias, & carceres, quibus inclusa exitum fit fortitura. Alii verò dicebant, uvaram signum præter tempus, significare brevi tempore duraturum ejus imperium. Per crucis verò calamitates Ecclesie denotari. *Eutropius lib. 11. de Constantio: Sozomenus lib. 5. cap. 1. Nazianzenus prima oratione contra Julianum.*

Noctè antequam Antiocheni Theodosii Imper. ejusque uxoris statuum in tumultu dejecerunt, spectrum forma muliebri gigantea, aspectu horrendum, per plateas urbis circumcursavit, & aërem horrifono flagello verberavit, ac si quis equos, aut alias bestias ad furorè extimularet. *Sozomenus lib. 7. cap. 23.*

Diffidentibus inter se Andronicum Seniore, & Andronicum ex filio nepote, Imp. columna, quæ ante Orientalem arcem stabat, in qua Constantii Byzantii ipsa conditoris imaginem olim fuisse fama erit, ante multos dies & conditor moveri cepit: quæ agitatio per dies complures duravit, omnibus ad spectaculum concurrentibus. *Gregorius lib. 8.*

Cometa

Somnia.

Cometa in aquario conspectus, portendit intestinum delucenscentem, in æthere hominum fragrantium, ac in se mutuis cædibus sævientium acies sunt conspectæ. *Aimovius l. 3. de gestis Francorum, cap. 42.* clangores exercitus, hominumque clamores auditus sunt, ut Gaguinus scribit. Tertio anno post, Francia proceres à Ludovico decesserunt. Tanta præterea fuit per totam Franciam fames, ut una frumenti mensura, cui Sestarius nomen est, quatuor & viginti variret libris. Nec multo post sanguine pluit.

Unicum reliquit post se Miciscia II. Polonorum Rex superstitem filium, Casimirus: sub cujus ortum tremor terre acciderat. Quòd ita rarum, & insolens est in Polonia regione mediterranea, ut magni prodigii loco habeatur, quoties accidit. Tunc quoque ob immaturam ætatem Casimiri, Rixa regina in exitum acta, Casimirus Cluaniense cœnobium intravit. Sexennio intestinis bellis miserè agitata fuit Polonia, donec tandem Casimirus à Gallia revocatus est, anno 1040. *Cromerus lib. 4.*

Anno salutis 1207. Imperante Philippo in Germania, cum publicè epulum præberet, Sol in tres scissus partes apparuit, quæ haud multo post in unum orbem convertæ sunt. Fortasse præsignificavit Imperii inter Fridericum secundum, Philippum, Othonemque scissionem: quod postea penes Fridericum solum permansit. *Sab. lib. 1. c. 4.*

Arcti cometes anno Christi 1314. cum duo Cæsares eligerentur, Ludovicus Bavarus, & Fridericus Austriacus: inter quos itam intestina emerferunt bella, quæ duraverunt annis octo. Tandem Fridericus prelo est victus, & solus Ludovicus regnavit.

Quo anno Malcolm III. Sotorum Rex à scario Anglo interemptus est, seditiones horrendæ Scotiam invasere, exundatione Germanici maris multi vici, castella & oppida submersa, agri arenarum aggestione inutiles redditi, horrenda tonitrua, ac fulmina urbes, & legesque adsumperunt. *H. Boet. lib. 12.*

Sub Valdemaro rege Danorum nostrum ingens murium grex è longinquo ture concurrens, tristi occento die, Seleentibus aquis sua sponte submersus interit: quorum cadaveribus ventos factis litens manè conflatum apparuit. Eadem noctè Abfalonis Lundensis Archiepiscopi quietem capientis exuvie à fornicibus corrose. Nec multo post Scania populus, ob decimas nuper exigi coeptas à primoribus dissidens, ad decimas quoties, adortus Agonem in concione Lundensi prope discerpisset, nisi in adem D. confugisset Laurentii. Omnia deinceps vestigialium jura solenniter abroganda curavit. Pontificales quoque decimas execratis, sacerdotibus conjugia decrevit: quorum etiam facta sibi exploso Pontificis ministerio sufficere prædicavit. *Saxo lib. 15.*

Felix Malleolus lib. de Nobilitate, cap. 26. scribit, Tiguri anno Domini 1280. concionante ad populum plebano, apud sepulchrum Martyrum Felicis, & Regulæ, lapidem violenter nullo movente contractum, instar tonitruum horribilem sonitum edidisse, ut toti populo non aliter terrorem incuteret, quam fit restitudo tempore courruisset. Eodem an. 3. die Octobris maximam partem oppidi Tigurini conflagravit, & motus quoque propter centum ecclesiasticas, & bannum, ut vocant, imperialem, inter cives fuisse exortos. Anno Dom. 1440. die 12. mensis Decembris, in templi dicti dedicatione, intercepta nocte, similem fragorem esse exaudirum: mox verò secutum est bellum civile, quod Tigurini contra reliquos Helvetios per septem, & amplius annos varia fortuna gesserunt.

In Peru cum illi mures essent, sub adventum Blasci Nannez, qui eò à Carolo V. Imp. missus erat, repente tanta copia illorum apparuit, ut maizum, cannas, arbores, cæteraque fata corrodentes molestia Hispanos, terrore Indos afficerent. Apparuerunt & locustæ, inusitatum malum illi regioni: ne forsitan aliquis de muribus contendat advectos navi, inde multiplicatos. Sed dirum fuit prodigium: namque acerbitate ejus duces, & avaritia senatus, tyrannide verò Alfonso Pifariti, factum est, ut infinita prælia inter Hispanos facta sint, direptiones urbium, rapina, cædes, defolatio ingens totius provincie. Indi bello, fame, laboribus, & ad intermectioem ferè delati. *Cardanus ex Petri Ciezæ Tomo secundo, historia Indorum.*

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

STIGISMUNDUS Imp. victus à Turcis in Myfia, Postonii è fuga in Ascensionis petvigilio vespertinis precibus intererat, & calamitates Reip. Christianæ deplorabat. Noctū augusta Episcopi facies dormienti oblata, Ecclesiam ob pastorem, & principum vitia affligi affirmavit, Ungariam intestinis bellis post ipsius obitum flagratam, armis Turcicis arsum prædixit: sacerdotibus virga ferrea coercendos, religionem præcam multis contaminandam erroribus vaticinata est.

BELLI EXTERNI, HOSTILIS irruptionis, adventus, Revelatio.

Ante Camilli exilium, M. Ceditius plebejus homo renunciavit, superiore noctè ex via, quam Novam vocant, eum à quopiam alta voce appellaretur, & reflexisse, nec vidisse tamen quoniam: auditivisse autem humana majorem vocem, quæ sibi hoc diceret: Age, M. Cediti, tribunus militarius nuncia summo mane: intra paucos dies Gallos expectent. Tribuni hæc relata spreverunt, & habuerunt pro ludo. Paulo post insecuta est Camilli calamitas, & Gallorum irruptio. *Plut. in Camillo, in Sab. lib. 9. Ann. 3.*

STEPHANUS, Ungarorum Rex, quadam noctè in somnis è caelo admonitus, continuo experfectus cubiculo exiit, Veredarium prædictum legionis evestigio accitum, in Transylvaniam ulterionem Dacia partem properare jubet, ut populos vicatim degentes admoneat, imperetque facultates omnes in oppida, munitissimaque loca conferant: cum Bessii, qui Istri oram accolunt, regni limitibus imminant. Vix Veredarium mandata peregit, ac illi in tutum bona congerent, ecce Barbari immites adventant, agros passim discutiunt, igni ferroque cuncta vastant: quos inveniunt, licet perquam paucos, sine aliqua lexis, & atatis ratione trucidant. *Bonfinius lib. 1. Dec. 1.*

Prædicio.

Bœotias quondam Arnæ incolentes, oraculo prædictum est, futurum, ut è finibus exellentur, simulatque G corvi albi apparuissent. Evenit deinde, ut adolescentens aliquot per læciviam, ac temulentiam corvos, quos ceperat, gypso oblitos, rursus emitterent. Quos ubi vidissent volantes Bœotii, recordantes oraculum, arbitrati adesse tempus, quo forent suis è sedibus eiciendi, & ipsi tumultu, profugerunt, ac locum quandam sibi mercati sunt, cui nomen Coracon, id est, corvorum. Contigit aliquanto post, ut Aëoles, ejusdem Bœotias, Arnæ occuparent. *Erasim. in Anaguis.*

B. SERVATIUS, Tungrorum Episcopus, inter Tabulam & Mosellam annes, Attillæ immanitatem prævidens, Episcopatus Trajectum transferendi auctor fuit, ex revelatione caelitus sibi Romæ quondam oblata. *Bonfinius l. 5. Dec. 1.*

D. SEVERINUS, anno 476. Juvavienfibus, qui hodie sunt Salisburgenfes, per Moderatum pfallent Bathavienfem cladem nunciavit, mandans, ut omnes sine mora oppido excederent, inexorable fatum impendere urbi. Illis parere recusatibus, rursus: Quintasium quendam mittit, qui aperiat subseqentibus H noctè interituros, ni vestigio aufugiant. Maximum quoque Pontificem frustra admonet. Juvavienfes confisi viribus, & quod hostes longius abessent pro vano terrore contumaciter ducebant Quintasium, ubi obliata mente in fata præcipites aji videt, ipse urbem relinquens, fugam ad Severinum Bathaviam capeffit. Eadem noctè, inopinatò adfuit Germani, urbem invadunt, capiunt, diripiunt, incendunt, populum captivum abducunt, Maximum in cruce agunt, amplius quinquaginta quinq; & ipsosymmytias concludunt, & rupiumque cavernis, quò fugerant, præcipites decurrant. *Avent. lib. 2. Annalium Bojorum A. D.*

HOSPITIUS, Nicæ urbe Galliarum monachis præfectus, Longobardorum prævidens irruptionem, monachos procul abire iussit: ipse solus catenis vinctus, cilicioque involutus, in turri hostes expectavit. Qui hominem facinorosum arbitrati, gladios in eum dirinxerunt. Unius manus repente obrigit, nec nisi precibus Hospitii restituta est. Quo ille miraculo territus, Christi fidem amplexus, cum Hospitio vixit. *Bonfin. l. 8. Dec. 1. ex Greg. Turonensi lib. 6. c. 6.*

BEDA Presbyter, Saracenorum irruptionem in Galliam, & Hispaniam prædixit, hoc versu:

Regnabunt Roma ferro, flammaque, fameque.
A Vincens lib. 1. cap. 56.
 Erat Toleti vestium clausum, & seris pluribus obferatum. Hoc fecit rex Gothorum Rodericus contra voluntatem omnium aperiri. Arcam invenit, & in ea pannum in quo Latinis literis erat scriptum: Quo tempore sera referabitur, arca, atque palatium aperietur, gentes hic depictæ Hispanias invadent, & subjugabunt. Erant autem in panno depictæ facies Arabum, qui sua capita tegunt vittis, sedentes in equis habentes vestes variegatas, cum gladiis, & ballistis, & vexillis in altum extensis. Rodericus Toletanus lib. 3. rerum Hispan. cap. 17.

Sub Boleslao Pudico Polonorum principe, in Cracoviensi territorio Puer quispiam dentatus eodem, quo natus est, die, distinctè & articulatè locutus est, donec religioni Christianæ initiatus, & dentes, & sermone usum amisit. Alius vero semeltris in urbe Cracoviensi locutus, Tartaros advenuros, & Polonorum capita præcuros esse prædixit, rogatusque, divinitus id se scire, & sibi quoque illud malum impendere respondit: quod post duodecimum annum evenit. Cromerus l. 9.

Omina.

B Paulo ante quam Camillo in exilium pulso Galli in Italiam irruerunt, mensis Julio mors Censoris magnum malum denunciare in foribus esse visum est. Populus enim Rom. supra modum dignitatem censoriam veneratur, & sacram habet. Plut. in Camillo.

CAROLUS VI. Gallorum rex sub regni initia cum ararium, & armamentarium recenseret, Armis thesauri & comparandi sent, & conservandi, inquit. Ominosa vox, maximatum cladium, quas Angli Galli non multo post intulerunt, præfaga. Egidius Corvozetus de diis, & factis memorab.

Auguria.

Cum Medie hospites, legati, terram & aquam nomine Xerxis petentes à Gracis occisi sunt, corvi omnes à Peloponneso, & Attica regione volaverunt. Plin. l. 10. c. 12.

SIMEONE Bulgarorum duce, & Romano Lacapeno Orientis Imperatore, ad Cosmidii litus de pace tractantibus duæ super eos aquila dicuntur volitasse, & cum clangore inter sese congressæ, sed statim segregatæ sunt, altera versus urbem, altera in Thraciam tendente. Re infecta discessit. Zonaras tom. 3. & Cedrenus.

C DAVIDUS BRUNSI Scotorum regis ab Eduardo Baliolo æmulum in Galliam fugati, post reditum ab Eduardo III. Anglorum rege capti, anno XVI. corvi, & monedula hyeme parere, æstate à partu quiescere sunt deprehensa. Eodem anno oves steriles fuere. Murium vis per urbes, & agros maxima. H. Boetius lib. 15.

Scibit Cælius lib. 27. c. 11. A. L. Paulo ante quam totus occidentem contra Venetos conspiravit, visam esse duorum ferè stadiorum spatium à Rhodigiis montibus, post D. Mariæ templum, quod per vetustum stadiu fere ab urbe sejungitur, cornicem albam capite nigricante, sicuti cæteris alarum apicibus in rubedinem vergentibus: nec erat expressus candor, sed livens aliquo modo. Fuit ea mensibus aliquot omnibus conspicua: non parum multis, ceu planè visenda res foret, ob insolentem speciem, ad spectaculum confluentibus.

Prodigia, ostensa.

D Medis duce Datide Delo proficiscentibus, insula subito motu terræ concussa est, quod ad id tempus (ut Herodotus scribit) nunquam antea acciderat. Quo magis mirari possis, Plinium auctorem esse, ad Marci Varronis usque ætatem eam insulam immotam mansisse. Per eum motum mala, quæ Græcis impendebant, videri possunt demonstrata, quando plures quidem sub Dario, & Xerxe, & Artaxerxe regibus sit terra ipsa clades experta, quam XX. aliis ante eos ætatibus fuisset. Erant ipsa regum nomina satis per se formidolosa. Est enim Darius coarctator interpretatus, bellator Xerxes, Artaxerxes non bellator solum, sed magnus bellator. Sabel. lib. 1. Ennead. 3.

Laodiceæ olim Xerxis Perfarum Regis in Græciam adventu platanus in oleam mutata est. Plin. lib. 17. c. 25.

Sicuti Hannibalis in Italia, Romanorumque in Macedonia per eadem tempora bellum crudelissimum fuit, & varietatis miranda, propter regnorum mutationes, quæ secuta sunt, ita

etiam magna, & extra communem naturæ usum prodigia fuerunt. Nam M. Marcelli & M. Valerii Tarquinii, item Scævæ T. Q. Flamini, & Sex. Heli Peti consularibus suis humanis canibus nati sunt. Fruscone quoque agnus. Idem C. Aurelio & P. Sulpitio consubulibus contigit. Q. Fabio Maximo quartum & M. Marcello III. Coss. eodem anno Spoleti ex muliere viri esse factus, & Marcuz infans in utero 10 triumpho clamavit. Liv. l. 14. Edes item spei extra portam Carmentalem incendio deflagavit, à Triumviris postea restituta: altera verò in foro Oltorio sub idem tempus fulmine icta fuit: quando Hannibale Italiam pervasante, resp. inestimo malo laborabat, & cuncta bello ardebant. Quæ res vastitatem Italiz, & imminens excidium, quo terra marique Imperium agebatur, & fluctuabat, haud dubiè designavit. Alex. l. 2. c. 4.

Quo anno Mithridates Ponti Rex, qui cum pop. Rom. diutissime bellum gessit, genitus est, & quo primum regnare cepit cometes per utrumque tempus octoginta diebus luxit, ut omne caelum conflagrare videretur (occupabat eius magnitudo quartam mundi partem) fulgorque Solis illius nitore interdii perstrigebatur. Eius ortus, & occasus quatuor absumebatur horis. Sab. lib. 3. En. 6.

Armorum crepitus, & tubæ sonitus auditus è caelo Cimbriis bellis acceptimus, crebroque & prius, & postea. Tertio verò consulu C. Marii Amerinis, & Tuderibus spectata arma caelestia, ab ortu, occasuque inter se concurrentia, pulsus quæ ab occasu erant. Plin. l. 2. c. 57.

Paulo ante Alarici Gothi in Italiam irruptionem an. 400. factam, prodigia multa acciderunt, quæ paulo ante minime, ut sit, animadverta, tunc in omnem trahentem partem à sollicitis rerum futurarum mentibus trahebantur. Nam & ignes Solis, lunæque defeciones incidere, & stella crinita comesta fuerat, quæ ab ortu Solis versus Aquilonem profecta evanuerat: & grandines inusitata magnitudinis è caelo ceciderant, & loca multa tacta fulminibus fuerant, & multis in partibus fœda ædificiorum incendia casu evenerant, & quod vehementius terret animos, lupi duo in campum, dum Honorius Imp. equestrem decurionem conficeret, venturant, atque occisi, & exsecti, manus duas humanas ex ventre emiserant, unus dexteram, alter sinistram. Sigon. l. 10. Imp. Ital.

Cum Attila Hunnorum rex, expeditionem in Rom. Imperii fines suscepisset, deorum simulacra non solum noctu, sed & interdii visa, quæ sibi pro se quemque præcaverer jubere: sanguine è caelo gutta defluxe: bicapites infantes editi: sacra testia in plerisque locis de caelo tacta: vox nocte audita sæpe, Cave tibi Italia. Bonifinus lib. 3. Dec. 1.

Paulo ante quam in Gallias Attila penetraret, assidui terræ motus, varia colum prodigia edidit. Sub Aquilone per noctem ignis perpetuus in æthere speciem videbatur, & in eo lineæ hastarum simulachra referentes: crebra lunæ obscuratio, & defectus, etiam cometes. Bonif. lib. 4. Dec. 1.

Procopius lib. 2. de bello Gothico, narrat, Vesuvium montem mugitum edidisse per id tempus, quo Hunni Gothos bello afflixerunt: cineres tamen non statim eructasse, et si ex mugitu, quod brevi eructaturus esset, colligebant: usque & proximas acceolas formidine ingenti affecit.

Ante Longobardorum in Italiam adventum multa Italiae insaufa, & infelicia signa apparuerunt. Pestis usquequæque grassata, ut nulla luctus expertus domus inveniretur. Evitanda labis gratia, domicilia, facultates, ac pecora deferrebantur: cessabat agricultura, cæteræque artes, ac studia omnia deserebantur. Parentes à liberis, ac liberi à parentibus destituti, nullum pietatis officium retinebant. His malis etiam universa Italia ad Noricos usque laboravit, præ cæteris tamen Liguria est assumpta. Bonif. l. 7. Dec. 1. Hætz, atque acies igneæ assidue à Septentrionis partibus apparebant: quæ ut D. prodit Gregorius, ingentem instare mortalium stragem, & fœdam sanguinis effusionem ab ea parte haud obscure denunciabant. Sigon. lib. 1. regni Italici: ex Dia. l. 1. de gestis Longobard. c. 5.

Anno Domini 729. ut Marianus Scotus scribit, apparuerunt comete duo circa solem terribiles. Unus solem præcedebat manè orientem, alter vespere sequebatur occidentem quasi Orienti simul, & Occidenti diræ cladis præfagi: vel certè alter dici, alter noctis præcurator exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Porrabant autem faciem ignis contra aquilonem, quasi ad accendendum acclivem, apparebantque mense Januario, & duabus fere septimanis permanebant. Quo tempore Saraceni Gallias miserè vastantes, dignas suas perditionis penas lucent. Beda lib. 5. c. 24. hist. Angl. Bonif. l. 8. Dec. 2. Platino in Gregorio II. Sab. Enn. 8. l. 7. & Amilius lib. 2.

Anno 912. igneæ facies, stellæ micantes, atque hinc inde oberrantes, magno hominum stupore visa sunt. Quæ res Ungarorum in Italiam incursionis notavit. Schædelius atate sexta. Nucleus Generat. 51. Sub. En. 9. lib. 1.

Cum Stephanus Papa in Franciam iret petitum auxilium à Pipino contra Aistulphum, regem Longobardorum, noctu vidit igneam globum ab australi Galliz parte in Longobardorum fines excurrentem, anno Domini 752. Quæ res portendit Longobardis oppressionem per Francos.

Circa annum Imperii Justiniani cometa pluribus diebus apparuit, prima quidem parte viri magnitudine in occidentem versa, posteriori autem longè major in orientem spectans: Solem in Capricorno existentem, ipse in Sagittario sequebatur. Xiphiam vocant, nonnulli Pogonium. Haud dubiè Hunnorum sævitiam, & lanienam horribilem, quam in tota ferè Europa exercuerunt, designans. Procopius libro secundo de bello Persico.

Quo tempore Saraceni Italiam vastarunt, in Thuringis Galliz arborum pedum quadragenis altitudine, crassitudine bis septenorum, sua sponte in diversum transiit. Anno, qui eam eladem præcellit, in Gallia ante solstitium æstivum portendit bota grandis repente è caelo dejecta est, in qua frustum glacie concretum duodenarii longitudine pedum est reperitur, latitudine fenorum, binorum altitudine. Sab. l. 9. En. 8.

Anno Heraclii vigesimo, ut Sigebertus, aut vigesimo tertio, ut Paulus Diaconus, l. 18. rerum Rom. per dies triginta in Palæstina terra fuit mota, & caelo signum, quod præter appellatur in modum gladii, à Melenbia usque ad Arcturum sese extendit: quo Saracenorum tyrannidem significatam voluit. Sigebertus anno Domini 632.

Tempore Michaelis Comneni Palæologi Imp. luna solem obscuravit. Tante sub ejus modum ortæ sunt tenebræ, ut multæ stellæ apparerent: Romanorum calamitates portendentes, à Turcis imminentes. Gregor. lib. 4.

Sacerdos quidam in Danorum terra, quæ dicitur Alstie, sacro assistens altari, sub lato calice sumptuosus hostiam, vidit in calice sanguinis, & carnis speciem anno 1170. Confirmatus itaque Pontifici, ac clero calicem exhibuit. Hic cum multi affirmarent, divinitus id fieri ad confirmandam in plebe fidem, Pontifex rectius rem considerans, inquit, gravissimam Ecclesie imminere calamitatem, & plurimam sanguinis Christiani effusum iri. Cujus viciniis veritate eventus post dies quatuordecim comprobavit, exercitui Selavorum irruente, & ecclesias everte. Sigeberti continuor.

In Anglia initio anni 1382. terræ motus subito exortus, multa passim ædificia diruit. Quæ res cum rara, in Anglia præsertim, tum horrenda, ita hominum mentes perterruit, ut toto eo anno maximum eos timor occupavit. Secuta sunt seditiones intestinæ, & bellum Gallicum cruentissimum. Polydorus lib. 20.

Salutis anno 1393. Majis mensis, juxta Noviomum in Gallia, paulo ante quam Philippus deustanos Britannos Normanniam finibus pelletur, in caelo conspectæ sunt armatorum turme in prælii speciem concurrentes. Sab. lib. 1. c. 4.

Hanc multo ante quam Henricus VII. Imperator moreretur, non sine Vicecomiti genitici clade (ut Mularus Patavinus scribit, cui Franciscus Petrarca stipulatur) Mediolani in area ædium Matthiæ Vicecomitis, qui Magni cognomen meruit, post Solis occasum visus est à multis eques armatus, longè humana specie major, per horæ spaciū, posse evanuit, magno eorum, qui rem viderant, horrore. Tri-duo quoque post, tertia hora eodem in loco duo equites pariter specie diu inter se dimicantes conspecti evanuerunt. Interdii quoque circularis species Solis orbem ambire visa est. Sabel. lib. 1. cap. 4.

Anni 1494. Autumno, tota ferè citiorie Gallia, tam continentes pluviaz futurus, ut in Bergomatium finibus aqua denos quinque pedes exereverit, ædificiisque quamplurimis dirutis, & ac pontius lapides abrepis, magnum hominum numerum oppreserit. Athelus cum Verone urbis magnam partem pervasisset, & complures domorum parietes subruisset, etiam pontem firmissimum medio in oppido deiecit. Medoacus optimum Patavini agrum partem sedavit. Padus omnino utriusque ripæ vicinities ita est depopulatus, ut omnia luctu & macrobrimie pleberit. Atque hanc quidem effe quasi deorum immortalium significationem, quæ Caroli IX. Francie regis in Italiam adventum portendebat, omnes penè homines interpretabant, erantque permulti, qui maxime ad Venetos, id prodigium existimabant, pertinere. Bemus l. 1. hist. Venetie. Eodem tempore in Apulia tres foles noctu, in medio, sed nulla. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

bilo per circuitum caelo, cum fulgetris, ac tonitruis horribilibus visis. In agro Aretino innumerabiles armati viri equis ingentibus insidentes, terribili cum strepitu fontique tympanorum, ac tubarum per medium aerem transire conspexit: compluribus Italia locis sacras imagines, & statuas fœdæ, hominum, aliorumque animantium monstra complura passim nata. Guicciard. l. 1. In Cisalpina Gallia manna pluit, hoc est, acero melle, ad medicinam salutari. Biennio ante nova ægrotudo inter mortales detecta, cui nec nomen, nec remedia medicæ veterum auctorum disciplina inveniebant, variè ut regiones erant appellata. In Gallia Neapolitanum dixerunt morbum, & in Italia Gallicum. Sabel. lib. 1. cap. 4. & Bemus lib. 2. hist.

Post Mathiæ Corvini Ung. regis mortem, Danubius insolenter exerevit, multos pagos, & accolas urbes inundavit: ut extincto regni propugnatore, Pannonia à Turcarum incurfu tueretur. Bonifinus lib. 8. Dec. 8.

Anno 1508. mense Decembris, Cameraci fœdus contra Venetos percussurunt, Rom. Imp. Maximilianus I. Galliz rex Ludovicus XII. Hispaniz rex Ferdinandus, & Julius II. Pp. Sed præter hominum minas multos vel fatales, vel fortuiti casus terret Venetos. Brixienis arx de caelo tacta. Navis à Senatu cum centum auri libris ad conducendum è Piceno militem Ravennam missa, nulla majore vi mari, aut cœli in mari submersa. Tabularium publicas scriptis, ac monumentis referentur, totum repente corruit. Illud autem ingenti eorum terrore complevit, quod eo die, eademque hora, quæ comitia habebatur, five casu, five occultis alicujus fraude, ignis in armamentario, inque eo loco, in quo nitrum servatur, accessus, quamvis ingens hominum multitudo ad eum extinguendum accurreret, ventivi & fomento, ad eum nutriendum agendumque apto adjectus, duodecim tritremium corpora, & maximam tormentarii pulveris copiam absumit. Guicciardus lib. 1. cap. 5. & Egnat. lib. 1. cap. 5.

Somnia.

Hecuba prægnans facem ardentem in Asia, & Europe incendium sibi parere visa, Paridem tandem enixa est. Sabellicus lib. 1. cap. 1.

Prolemei Cerauni Ægypti regis amici vocari viderunt eum à Seleuco Asia rege in iudicium, disceptatoribus vultu-ribus, & lupis, vimque magnam canium hostibus patrii. Plut. de tarda Divindicta.

HANNIBALIS Carthaginensium ducis, ut detestandum Romano sanguini, ita certæ prædictionis somnium, cuius non vii gilia tantum, sed etiam ipsa quies, hostilis Imperio Rom. fuit. Existimavit enim missum sibi à Jove mortali specie excelsiorum juvenem se sequi, & nullam in partem oculos flectere jubentem. Inde curiositate verita scrutandi, pone respiciens, animadvertit immensæ magnitudinis serpentem, concitato impetu, omne, quidquid obvium fuerat, protentem: postque cum magno cum cœli fragore erumpentes nimbos, lucidam caliginosis involutam tenebris. Atonitus deinde, Quidnam esset monstrum, equid portenderet? interrogavit. Hic dux Italiae vides (inquit) vastitatem: proinde file, & cætera tacitis permittite factis. Val. Max. l. 1. c. 7. & Livius lib. 1. Decad. 3.

LUDOVICO Juniori Francorum regi, priusquam illi nasceretur filius Philippus Augustus, videre visus est in somnis filium calicem manu tenere humani cruoris plenum, cumque suis proceribus propinare, ex quo ipsi biberent imperteriti. H. Bellorum, quæ cum Anglis gessit, portentum. Robertus Galpinus lib. 6. de gestis Francorum.

CLADIS PRÆSENTIS.

ILIADOS. ad fossam pugnaturis Græcis cum Trojanis ipso diluculo,

Æneas ad Troiam profugus, ut in Bergomatium finibus aqua denos quinque pedes exereverit, ædificiisque quamplurimis dirutis, & ac pontius lapides abrepis, magnum hominum numerum oppreserit. Athelus cum Verone urbis magnam partem pervasisset, & complures domorum parietes subruisset, etiam pontem firmissimum medio in oppido deiecit. Medoacus optimum Patavini agrum partem sedavit. Padus omnino utriusque ripæ vicinities ita est depopulatus, ut omnia luctu & macrobrimie pleberit. Atque hanc quidem effe quasi deorum immortalium significationem, quæ Caroli IX. Francie regis in Italiam adventum portendebat, omnes penè homines interpretabant, erantque permulti, qui maxime ad Venetos, id prodigium existimabant, pertinere. Bemus l. 1. hist. Venetie. Eodem tempore in Apulia tres foles noctu, in medio, sed nulla.

PERITUS navis gubernator, dum in Ægeo navigaret, & navalibus locis narraret, se per quietem in portu ad Larissam Cn. Pompejum solum obsoleta veste amictum vidisse, conspexit à parvo celoce immo sibi, ut expectare. Cui cum appropinquasset, vidit in ea Pompejum cum veste comitatus ut somniaverat: quem in navis sua recepit à Pharfalico prælio fugientem.